causa legatariis respondere cogetur. Totiens igitur edictum prætoris locum habebit, quoties aut quasi heres legitimus possidet, aut quia bonorum possessionem accipit ab intestato, aut si fortè quasi prædo possideat hereditatem, fingens sibi aliquem titulum ab intestato possessionis. Quocumque enim modo hereditatem lucrifactoris quis sit, legata præstabit. Sanè interueniente cautione, emissa hereditate legata reddi, etsi non possideat quis hereditatem, dolo autem malo fecerit quo minus possideat: eueniet vt perinde teneatur, atque si hereditatem adisset. Dolo autem malo fecisse videtur quo minus possideat, qui ad alium trāstulit possessionem per fraudem, vt legatarij cæterique qui quid in testamento acceperunt, careant his quæ sibi relicta sunt. Sanè quæstionis fuit, vtum is demum dolo malo facere videatur quo minus possideat, qui per dolum eam possessionem dimittat, quam aliquando habuit: an verò is quoque qui hoc ipsum malitiosè fecit, ne ab initio possidere inciperet. Labeo sibi videri ait, non minus delinquere eum qui non incipiat possidere, quam eum qui desinat. quæ sententia obtinet.

**Qui omittit hereditatem vt vadat ad legitimum: tenetur legatariis si pecuniam recepit, possessore prius excusso. hoc dicit cum l. seq. Bartolus.**

Si quis per fraudem omiserit hereditatem, vt ad legitimum perueniat: legatorum petitione tenebitur.

II. IDEM libro septimo ad sabinum.

licet pro herede gerere non videatur qui pretio accepto prætermisit hereditatem: tamè dandam in eum actionem exemplo eius qui omiffa causa testamenti ab intestato possidet hereditatem, diuus Hadrianus rescripsit. proinde legatariis & fideicommissariis tenebitur. Sed vtum ab eo erit incipiendum, & sic ad heredem veniendum: an conuertemus ordinem? Mihi videtur humanior esse hæc sententia, vt possessor hereditatis prior excutiat, maximè si lucratiua habet possessionem.

**Si institutus omisit propter pecuniam, & substitutus ab intestato adit, quilibet tenetur propriis legatariis: & à comunibus quilibet poterit insolidum conueniri. Bar.**

& ad hoc. j. eo. l. mater. §. in sententiam. & l. si quis sub conditione. & j. de re iudic. qui potest.

**q** Ex alia causa. non lucratiua, sed alia, vt sub iicit statim, & j. eo. l. fi.

**r** Fideicommissi. à defuncto debiti. Roge. fecerat enim quidam tertius primò testamentum in quo legauerat mihi. x. præstanda ab isto defuncto modò quem instituerat, qui postea me instituit: ego omitto ex testamento: mittor in possessionem pro fideicommissi mihi debito à defuncto ex testamento cuiusdam primò testantis: vel eram creditor testatoris, & debito mittor in possessionem. omitto hereditatem. nam non teneor creditoribus his duob. casibus. & h. d. vt ar. C. de bon. auct. iudi. pos. l. j.

**f** Cautione. scilicet præstanda. ad quod. C. de peti. heredi. l. fin. §. j. Accursius.

**t** Acceperunt. s. destinatione. Accursius.

**u** Non minus delinquere. sic. j. de verb. obliga. l. in illa. §. j. & s. de rei vindi. l. ij. & de peti. heredi. l. sed & si lege. §. perinde. Sed argu. contra. s. pro foc. l. nemo. §. j. & que in frau. cre. l. qui autem. in prin. & j. siquid in frau. pa. l. j. §. vtum. Accur.

**x** Tenebitur. s. omittens. Sed contra. j. e. l. si quis pecuniam. ibi, vbi verò gratis &c. vbi possessorem tantum dicit conueniri. Sol. ibi gratis omisit: hinc accepta pecunia: & sic conuenitur, excusso tamè prius legitimo: vt j. l. proxii. sic & distingue in eo qui omittit vt vadat ad substitutum: vt. j. eo. l. si non solus. pe. respon. & C. eo. l. j. Alij dicunt quod hic idè erat legitimus & omittens. quod non placet. Alij dicunt quod tenebitur. qui possidet. nec hoc placet.

**y** Licet. Non videatur. vt. s. titu. ij. l. fuit. & de peti. heredi. l. etià si. §. planè si acceptam.

**z** Prætermisit hereditatem. secus si gratis. tunc enim tantum possessor tenetur: vt. j. e. si quis pecuniam. §. vbi verò gratis.

**a** Possidet hereditatem. in quem constat dari per rubricam, & s. l. j. in princ. & j. vt le. no. ca. l. ei quo que. Accur.

**b** Ad heredem. scilicet legitimum. Azo.

**c** Maximè. abundat,

a] Videtur innuere quod non est dolus in eo quod fit gratis. quod intellige astitue & passiuè. nã dolus est non tantum in eo qui non sentit comodu, sed i eo qui malitiosè prorupit in alterius danum. Bald. ia. l. qui fortuitis. 3. col. C. de pigno. act. & quo modo probetur dolus, vide Alex. post Bar. in l. meum ff. quod met. cau.



fic infra eo. l. si quis pecuniā. ibi, & maxime &c. aliās enim iste nō tenetur: vt. j. eo. l. fin. quā est contra. Sed cum pecuniam dat, quo modo habet gratis? Resp. alius pro eo dedit. vel nihilo minus dicitur habere gratis, nec enim dat bono modo. Alij dicunt quōd hic ordo seruatur quando nihil accepit institutus: & sic abundat maxime. aliās si accepit,

quilibet à principio potest conueniri. pro quibus est. j. l. proximi. Alij dicunt quōd prior electiue ponitur, & omittens nil accepit: & sic non conuenitur: vt. j. eo. si quis pecuniam. ibi, vbi verò gratis &c. Item videtur vtrūq; simul conueniri non seruato ordine: vt infra eo. l. si non solus. contra. Sol. hīc ab vtroque idem legatum, ibi secus. vnde quilibet suis tenetur. Item videtur quemlibet in solidū teneri: vt infra eo. l. si ab instituto. Sol. ibi ambo possidebāt, hīc solus legitimus. & eodem modo respon. ad. l. infra eo. l. si non solus. in prin. & §. ij. & l. si. ibi, nunc &c. Sol. ibi. Item contra. j. e. l. si non solus. §. si. ibi, & aliās &c. Sol. ibi. Item contra. j. l. proximi. Sed illam intellige secundum istam: vt ibi dices. & facit ad hoc q̄ prius possessor conuenitur, quod de debitore & fideiussore dicitur in auth. de fideiuss. §. j. col. j. & de tutore gerente & non gerente dicitur. C. de di. tu. l. ij. & arg. j. de lega. ij. l. cum ab vno.

**a** Si pecunia. Prætermittes. adire ex substitutione. & quoq; dicit, quasi dicat, non solū institut<sup>9</sup> omisit. Vel dic, nō solū si adiuuit dixit tenetur, sed & si omisit. Accursius.

**b** Quod. id est quia.

**c** Lege. id est ab intestato. Accursius.

**d** In vtrumque. vt tamē prius possessor conueniatur: vt. j. l. proximi. quā videtur cōtra. Alij quōd hīc vterque ab intestato apprehendit: vt. j. eo. l. si non solus. in prin.

**e** Ab vtroque. idem ergo legauit ab vtroq; potuit enim & ab alterutro legasse: vt. j. de leg. j. l. licet. sed tunc si tantū ab intestato, teneretur propter hoc quōd pecuniam accepit: vt hac. l. & §. l. proximi.

**f** In alterutrum. i. in vtrumque, secundum quōd distinguitur. j. eo. l. si non solus. §. si duo. & l. si ab instituto.

**g** Actio. vtilis ex testamento. Accursius.

**S** I quis pecuniam. CASVS est vsque ad §. quanquam. [QVAM QVAM.] A prin. tit. vsque huc dictum est de heredibus ex testamento omittentibus, & ab intestato adeuntibus. i. vt teneantur legatariis. nunc dicit quōd idem est & in aliis qui non sunt heredes: puta legatariis à quibus sunt fideicommissa relicta. nam si ipsi id dolo procurauerint vt heres non adeat, tenentur nihilo minus fideicommissariis. Secundò dicit, quōd heres qui vendidit hereditatem, possidere videtur, & ea ratione legatariis tenetur: nō ea quōd videatur dolo fecisse quo minus possideat. Viuianus.

**h** Simpliciter. i. sine pecunia, non sine fraude.

**i** Præstitum. i. hereditatem præstari siue dari.

### III. POMPONIVS libro tertio ad Sabinum.

**S** I pecuniam à substituto accepit peris vt prætermittes, a isq; adierit: an danda sit legatariis actio, dubitari potest. Et puto, si ipse quoque prætermiserit, & quōd b lege c ad se rediret, possidebit hereditatem, in vtrumq; d vestrum dandam: vt ei tamen cui ab vtroque e legatum sit, in alterutrum f detur actio, §

**Si institutus omittit in fraudē, vt vadat ad alium: pecunia non accepta possidens solus tenetur: sed pecunia accepta tenetur vterque. Bartolus.**

### III. VLPPIANVS libro quinquagesimo ad Edictum.

**S** I quis pecuniam nō accepit, simpliciter h autē omisit causam testamenti, dum vult præstitum i ei qui substitutus est, vel legitimo: nunquid locus non sit edicto? Planē indignandum est, circumuentam voluntatem defuncti: & ideo si liquidò conuenerit in necem legatariorum hoc factum, quāuis non pecunia accepta, sed nimia gratia collata: dicendum erit locum esse vtili actioni aduersus eum qui possidet hereditatem. & rectē dicitur, vbi quicumque quis dum vult præstitum ei qui se repudiante venturus est, nō repudiaturus nisi præstitum vellet, & maxime k si obuertenda iudicia l id fecit: ibi dicendum est aduersus possessorem competere actionem, sic tamen, vt ibi quidem pecunia accepta repudiavit, ibi dicamus eū qui omisit, cōueniendum: m vbi verò gratis, in fraudē tamē eorū quib<sup>9</sup> quid relictu est, possessore n

**k** Maxime. abundat. sic. s. eo. l. licet. in fi. & probatur quōd abundat. s. eo. l. j. in prin. & j. eo. l. qui autem. §. si patronus. in fi. §. & j. ea. l. §. quanquam. Item ad id quod dicit, non aliās facturus. s. de ali. iudi. l. quia redhibito.

**l** Iudicia. i. vltimam voluntatem. sic. s. tit. j. l. vel negare. H.

**m** Conueniendum. post non valet. i. possessore prius excusso: vt. s. eo. l. licet. vel ibi loquitur quādo gratis habebat.

**n** Possessorem. tantum forte, & non repudiantem: licet quidam contra. j. eod. l. si non solus. j. respō. & §. fin. & facit quod no. C. eo. l. j. & §. ea. l. & l. proximi.

**o** serpet. aliās serpsit: aliās repfit, & est sensus, id est trahitur sentētia.

**p** Cōueniri. fraudis particeps conuenitur, licet lucra ad eum non peruenierint. sic supra de neg. gest. l. ex facto. Sed videtur hūc legatarium non teneri, cū legatum non habeat: vt infra de leg. j. l. fideicommissum.

**q** Respon. imò quia tenetur cedere actiones saltem quascum sua culpa cedere non possit, quia procurauit vt testamētum non valeret, tenetur: vt. j. de lega. ij. l. si legatarius. Sed an heres in subsidiū? Arg. quōd sic. s. de eo per quē fac. erit. l. fina. in princi.

**r** ADDITIO. Aduerte hīc secundū Bart. quōd ista glos. debet intelligi quōd legatarius erat de illis qui veniunt ab intestato, & bona peruenierunt ad eum, aliās teneretur illi ad quos bona deuenierunt, secundū Iaco. de Are. quod placet Bar. Solū enim tenetur ex hoc edicto ille qui hoc procurat facturus sibi aliquid lucri: vt l. j. §. non querimus. s. e.

**s** Possidere. quia pretiū loco rei est: vt. s. de peti. hered. l. sed & rem. & §. de usufruc. l. qui pretio. Item heres est non ideo minus q̄ vedit, & legatariis omnib<sup>9</sup> tenetur actiōe ex testamēto: vt. C. de here. ved. l. ij.

**t** Quo minus possideat. Sed nonne qui dolo desit possidere, videtur possidere: vt. j. de reg. iur. l. ad ea. §. semper? Respon. verū est: sed tamen non omnis qui videtur possidere, dolo desit possidere.

**u** Excusatus. CASVS. Patronus institutus à liberto taliter quōd portio patroni est onerata: eo qd nimia legata reliquit libert<sup>9</sup>, potest omittere ex testamēto, & adire ab intestato: & excusatus est ab hoc edicto. nā & si libertus instituit seruū patroni, & nō oneravit partē patroni legatis, & patron<sup>9</sup> seruo iussit vt adiret, & seruus nō potuit adire aliquo casu impedit<sup>9</sup>, impune pōt patron<sup>9</sup> p̄mittere hereditatē liberti ex testamēto quo instituit seruū patroni. Vi. oportet. quia eius portio erat onerata legatis: vt infra. l. proximi. §. si patronus.

**v** Eius. scilicet patroni.

**w** Non potuerit. vel noluerit, secundū R. ad quod. C. de here. instit. l. ij. in fi. & sic speciale in patrono. vel dic secus si noluerit: vt & idē sit in eo quod in alio: vt. s. e. l. j. §. quid ergo. & facit. C. e. l. ij. §. j.

**x** Via autem. CASVS. Dictum est supra eod. l. j. quōd is heres qui ab intestato possidet hereditatem omissa causa testamenti,

**y** Excusatus videtur patronus, qui institutionem prætermittit, cum aliter esset à liberto scriptus heres, quā eum institui oportet. Nam & si seruus eius ex assē institutus fuerit, & per quemcunque casum non potuerit iussu domini adire hereditatem: impune prætermittet ex testamento hereditatem.

**z** Nō videtur permissum instituto vt adeat ab intestato ex eo q̄ aliqua fideicommissa ab intestato subintelliguntur relicta: & si fecerit, in edictū incidit: vt tamē prius relicta in testamēto soluantur. sed si testator hoc expresse permiserit, nō incidit in edictum vt omnia legata tribuantur. Bar.

**aa** VI. VLPPIANVS libro quinquagesimo ad Edictum.

**Q** Via autem is qui ab intestato possidet hereditatem,

Particeps fraudis conuenitur, licet lucri particeps.



menti. conueniri potest à legatariis. modò quæritur, an possit conueniri si quasi ex voluntate testatoris videatur ex testamento omiffisse, puta quia fratrem suum scripsit testator heredem, & multa legata in testamento ab eo reliquit, & postea fecit codicillos, & in eis petiit à dicto suo fratre vt si legitima sua hereditas ad eum pertinuerit, præstaret quibusdam fideicommissa:

& postea decessit dictus testator, & postea frater suus omiffit hereditatem suam ex testamento, & adiuit ab intestato, & adiuuit ab intestato. nun quid tenetur respondere legatariis quibus legatum est in testamento? Et dicitur quòd sic. tenetur etiam respondere illis quibus fideicommissa sunt relicta ab intestato in codicillis. non tenetur tamen vtrique vltra dodrantem: imò quadrans integer debet apud eum remanere. prius etiam debet satisfacere dictis legatariis quàm dictis fideicommissariis. Sed quid si testator nominatim permisit dicto suo fratri vt dimitteret hereditatem extestamento, & adiret ab intestato? Certè non incidit frater in edictum facièdo illud quod testator ei permisit: & ideo non tenetur respondere legatariis. Sed pone quòd dictus testator reliquit Titio & Seio legata in testamento: & eisdem reliquit fideicommissa ab intestato. Itè & ab intestato reliquit fideicommissa Gaio. nūquid illi ordinè debemus sequi quem Iulianus supra monstrauit, scilicet vt illis quibus relicta sunt legata in testamento, & fideicommissa ab intestato, soluantur prius de dodrante dicta legata & fideicommissa. & si aliquid superest de dodrante, soluantur fideicommissa illi Gaio prædicto cui ab intestato tantum sunt data fideicommissa: an verò contribuemus omnes fideicommissarios quasi æquales, scilicet vt prius soluantur sola legata: & postea si superest de dodrante, soluantur omnia fideicommissa æqualiter, & non habeant aliquam prærogatiuam fideicommissa data ab intestato dicto Titio & Seio quibus legatum fuit similiter in testamento ante fideicommissa data dicto Gaio ab intestato tantum? Et distinguitur hîc. Aut heres qui omiffit ex testamento, & adiuit ab intestato, incidit in edictum omittendo ex testamento sine speciali testatoris permiffu. Aut nõ incidit, vt quia specialiter ei hoc permisit testator, vel quia alia iusta causa interuenerit omittendi ex testamento. Primo casu præferendus erit dictus Titius & Seius, quibus ex testamento relicta sunt quædam, & ab intestato quædam, scilicet vt eis prius satisfiat de legatis eis relictis in testamento, & de fideicommissis eisdem relictis ab intestato. & si superest aliquid ex dodrante, satisfiat dicto Gaio fideicommissario, cui ab intestato tantum relicta sunt fideicommissa. Secundo verò casu debent contribui fideicommissa quasi ex æquata, scilicet vt dicto Titio & Seio soluantur fideicommissa eis relicta ab intestato, & Gaio prædicto soluantur fideicommissa sibi similiter relicta ab intestato. legata autem relicta in testamento dicto Titio & Seio, non præstentur eis: quia iustè, vt dictum est, possidet heres ab intestato hereditatem. hoc dicit vsque ad §. non simpliciter. Viuianus.

a Testamenti. vt supra eo. l. j. in prin. Accursius.  
b Ab intestato. id est si contigerit non adiri hereditatem ex testamento.  
c Pertinuerit. quod tamen hîc volebat testator: vt infra hac. le. §. j. & ij.  
d Fideicommissa. non dixit legata: quia secundum hanc. l. ab intestato non præstabantur: vt instituit. de fideicommiss. her. §. præ-

terea. Azo. sed hodie non est differentia: vt. C. communia de lega. l. ij. sed quo ad hæc quæ hîc dicuntur, idem est etiam hodie.

e Mox demiffis. non fuit dicendum vt legata in testamento relicta præstaret, quasi adierit ex testamento, & simul fideicommissa ab intestato relicta quasi ab intestato adierit. hoc enim esset iniquum

Accursius.

f Quadrantem. contra omnes etiã legatarios: vt. C. eo. l. fi. & j. ad. legē Falcid. l. j. §. ad eos. & l. Nefennius. §. j. & j. eo. l. duo. §. fi. Accursius.

g Omnino. deducta Falcidia: vt dixi.

h Omittere. vt. §. de mili. test. l. ij. & C. de conditio. infer. l. ij. quod enim, ponitur in grauamen, non releuat: sic & C. si mæci. ita fu. alie. l. fi. §. ij. Accursius.

i Concessit. sic. §. cod. l. j. §. si proponatur.

k Ostendit. superiori parte legis.

l Fuerint relicta. q. d. quædam prædia iure legati reliquit Titio in testamento, & eadè prædia eidè Titio reliquit iure fideicommissi ab intestato, si contigerit heredem ab intestato succedere, fortè dicens: si non valet iure testamenti, valeat iure codicillorum. quod potest: vt. C. de codicil. l. finali. Item quædam alia prædia iure fideicommissi, & sic ab intestato reliquit alij.

m Monstrat. vt præferatur Titio veluti ex testamento: vt. §. e. l. j. ibi, Iulianus scribit &c.

cogatur omnimodo legata præstare. Nec enim vtrique omittere ei hereditatem permisit, qui fideicommissa ab eo relinquit ab intestato. Planè si nominatim id ei permisit, dicemus non eum incidere in edictum: quia vsus est facultate ea quam ei testator concessit. Quod si non ei concessit specialiter testator omittere: is ordo erit sequendus, quem Iulianus ostendit. Quid deinde dicemus, si iisdem & ex testamento legata, & fideicommissa ab intestato fuerint relicta, & præterea aliis fideicommissa: an ordinem illum debeamus facere quem Iulianus monstrat: m an verò contribuemus omnes fideicommissarios quasi æquales? Et magis est vt ita distinguamus, multum interesse vtrum incidit in edictum heres, an non.

Nam si incidit, præferendi erunt hi quibus testamento relicta fuerunt quædam. o Sin verò non incidit, p quia hæc fuit testatoris voluntas, vt daret ei facultatem & ab intestato succedendi, vel quia alia causa intercessit, quæ secundum ea quæ supra scripta sunt, non offendit

n Omnes fideicommissarios. etiam Titium: vt pote fideicommissarium per repetitionem.

o Quædam. & sic Titius præfertur, & dictum Iuliani seruatur. Sin verò non incidit. quod potuit contingere, quia &c. vt. §. plane. & j. prox. §. & s. l. j. §. si proponatur.

q Alia causa. puta vt fraudem testatoris repelleret: vt. §. l. prox. & infra eo. §. si patronus. & s. de acquiren. her. l. si pupillus. §. j. & s. de inoffi. testa. l. Papinianus. §. quarta. in fine. & infra de leg. ij. l. cū pater. §. Titio. in fine. §. & arguitur infra de vsucapio. l. non solum. §. quod vulgo. Accursius.

Non simpliciter. CASVS. Dictum est supra cod. leg. j. in prin. & vsque huc, quod prætor dat actionem legatariis contra heredem qui omittit adire ex testamento, & possidet hereditatem ab intestato. certè illud non est intelligendum simpliciter, sed causa cognita. nam quandoque non dat in eum actionem legatorum, puta si testator promissit expressè ei omittere ex testamento, & adire ab intestato, vel si alia iusta causa interuenerit vt omitteret ex testamento: vel si inuenerit prætor bona ad alium pertinere, & repudiantem ex testamento nihilo minus sine dolo possidere: vel si inuenerit prætor illum qui omiffit ex testamento, possidere, vel quasi possidere, postea desiisse sine dolo malo ante litem contestatam contra eum per legatarios. In istis ergo quatuor casibus non datur actio in eum qui omiffit ex testamento. secus est in quodam alio casu quinto, qui est talis: Institui heredem Titium mihi extraneum, cum non haberem alium qui mihi attineret. vnde si Titium non instituissem, bona mea essent vacantia, & ad fiscum pertinerent: & multa legata à dicto Titio reliqui, & postea decessi. Titius omiffit ex testamento in fraudem legatariorum: & sic bona mea sunt vacantia, & ad fiscum pertinent. ante autem quàm fiscus peteret dicta bona, dictus Titius qui omiffit ex testamento, cepit ea possidere, & tenuit per quadriennium: & ita per dictam præscriptionem tutus est contra fiscum. nunquid tenebitur legatariis? Et dicitur quòd sic. & hoc dicit vsque ad §. si patronus. Viuianus.

a] Materiam grauaminis supple per Bar. in. l. si quis suo C. de inoffi. testa. & Paul. de Castr. const. 232.



**a** *Iusta causa.* puta vt fraudem testatoris repelleret: vt. §. §. proxi.  
**b** *Ad alium pertinere.* puta quia euicta sunt sine suspitione vel repudiatione, vel vltra quadrantem nil omnino possidere, nec dolo fecisse quo minus possideret. aliàs cōtra. §. e. l. j. §. toties. vsque ad finem legis. & infra proxi. respon. Accursius.

**c** *Non dabit.* quibusdā.

**d** *si modo nulla.* id est, si prator non fuerit per suspitionem instructus collusionem intercessisse: vt. §. e. l. j. §. fina.

**e** *Potest.* scilicet scriptus per legitimum: nec tamen aliquod praparamētum erat ad petitionē hereditatis. alioquin differrent legatarij secundum hęc tempora. hodie secus: vt. C. de peti. here. l. fi. in prin. & §. j. Vel fortē in odiū eius etiam lite mota in petitione hereditatis nō differrent legatarij etiam hoc iure.

**f** *Possidere desit.* postea. sic. §. ad legem Falc. l. in ratione. §. imper. Acc.

**g** *Desinat conueniri.* interim tamen dum possidet, tenetur exacta cautione euicta hereditate: vt. §. l. j. §. non querimus.

**h** *Litis.* hęc est responsio. sic supra de nego. ge. l. litis.

**i** *Qui possederit.* institutus omittens ex testamēto, & ab intestato tenēs: nec vllus erat substitutus vel legitimus, & sic vacabant.

**k** *Quadriennium.* à tempore denūtiationis: sed à tempore quo fuerit de lata. xx. an. vt infr. de iure fisci. l. j. §. diuus. & §. præscriptio. & Cod. de quadri. præscript. l. j. & dic vt ibi no. Item ante quadrienniū poterit cōueniri: vt. §. proxi. dixi. §. si autem. & §. quod ergo. & §. eo. l. j. §. non querimus. Accursius.

*si patronus.* ] **CASVS.** Libertus meus instituit me heredem ex debita mihi ab eo portione. i. ex tertia bonorum suorum: vt insti. de suc. li. §. sed nostra. & multa legata à me reliquit, & instituit sibi Titium in duabus partibus hereditatis: & ab eo similiter reliquit multa legata: & decessit dictus libertus. postea ego patronus omisi institutionem, quia dicta mea pars nimis erat exhausta legatis. postea dictus Titius meus coheres collusit mecum hoc modo: dixit enim mihi, ego omittam meam partem ex testamento, sicque ad legata non tenebor: & tu patrone accipies eam, & dabis mihi centum libras pone. & ita fecimus. vnde ego patronus habui totam hereditatem ab intestato. nunquid tenebor soluere legata à dicto Titio relicta? Et dicitur quod sic, non tamen in tantum quod non remaneat mihi mea portio, id est tertia integra. si autem non feci collusionem cum coherede meo, non tenebor legata soluere. Viuianus.

**l** *Portione.* scilicet tertia: vt instit. de succe. lib. §. sed nostra.

**m** *Coherede.* puta Titio: vt infra dicit.

**n** *Omiserit institutionem.* Sed nōne idem si solus coheres omisisset vt onus tantum subeant patronus? Respon. idem: vt. §. de bonis lib. si libertus. & l. si patronum. in prin. Sed tamen in vno casu patronus habet ab intestato totum, in altero iure accrescendi habet totum. Azo. Est ergo idem quando solus coheres, & quando ambo, sed colludendo. at tertio casu non collusit, non est idē: cum nulla præstentur: vt in fi. huius. §. Accursius.

**o** *Exhausta.* hodie tollitur omne grauamen: vt inst. de suc. lib. §. sed nostra. in fi. §. Azo. Sed olim non sic: vt. §. de dega. iij. cum pa-

edictum: dicendum est cōtribui fideicommissa debere quasi exæquata.

**Qui omittit dolo, tenetur hoc edicto, si possidet: secus si ex iusta causa.** Bartolus.

Non simpliciter autem prator pollicitus est se daturum actionem, sed causa cognita. Nam siue inuenerit testatorē huius rei auctorem esse, ipsumque permisisse ab intestato succedere, aut si qua alia iusta causa **a** omittendi interuenerit: vtique non dabit actionem in eum legatorū. Item si inuenerit bona ad alium pertinere, **b** non dabit **c** actionem: si modo **d** nulla **d** suspicio collusionis religionem prætoris instruxerit. Si autem is cui auferri hereditas potest, **e** aliquid possideat **f** de hereditate, & possidere **f** desierit sine dolo malo: magis est vt desinat conueniri. **g** Quod ergo tempus spectabimus, possideat, necne? Litis **h** contestatæ tempus spectari debet. Certē si vacantia bona quis possederit, **i** & quadriennium **k** præterierit: indubitatē conueniri poterit ex hac parte edicti, quia & omisit causam testamēti, & quia ab intestato possedit: & quidem sic, vt præscriptiōe quadriēnij tutus sit.

**Licet patronus iustam causam omittēdi habeat: tenetur ex hoc edicto si participat fraudem cum herede omittente.** Bartolus.

tronus. & ibi diximus. & §. de condi. & demō. l. si his legatum. H. **A** **P** *Legatorum.* à se relictorum. nam propter fraudem priuilegium perdit, secundum Ir. vel quia nunc totum habet, & sic vltra legitimam, vt subiicit. Item relictorū à coherede cum quo collusit: **a** vt supra eo. l. si quis pecuniam. & quod subiicit, in Titium, scilicet

Si patronus ex debita sibi portione **l** heres scriptus, dato sibi coherede **m** ex alia parte, omiserit **n** institutionem, quia debita pars eius erat exhausta, **o** omiserit & coheres, deinde possideat patronus ab intestato legitimam hereditatem totā: dandam in eū legatorum **p** actionem Celsus libro sextodecimo Digestorū ait, quæ in Titium cōpeteret: sufficereque patrono, quod integram debitam sibi portionem habeat. Hęc autem ita sunt, si coheres collusit cū patrono. aliter enim non esse patronum cogendū legata præstare. Neque enim interdicitū est vt quis omittat hereditatem si sine fraude **q** id fiat.

**Qui omittit contra tabulas, & adit ab intestato, tenetur hoc edicto.** Bartolus.

**C** Hoc edictum **r** etiam ad cōtra tabulas bonorū possessionē pertinere magis dicendum est, scilicet vt qui accipiendo contra tabulas bonorum possessionem, liberis parentibusque legata præstaret: si omiserit eam bonorū possessionem, & ab intestato possideat hereditatē: cogatur ea præstare quæ præstaret si cōtra tabulas bonorū possessionē accepit. **\***

**Relicta conseruantur ex hoc edicto cum sua causa, scilicet vt conditionalia debeantur conditione impleta.** Bartolus.

Si libertas sub conditionē fue-

ad bonorum possessionem contra tabu. Viuianus.

**r** *Hoc edictum.* Pone casum secundum Io. in filio in potestate constituto & præterito, qui habet si vult bon. pos. contra tabu. vt. C. de li. præ. l. si. §. scimus. qua petita præstabat legata quibusdam, vt infra de leg. præ. l. j. & C. de bo. pos. contra tab. l. j. Item potest dicere nullum ipso iure testamentum, si vult: vt institui. de exhereda. li. in princ. quod si faciat in fraudem eorum quibus præstaret legata si peteret contra tabu. non facturus aliās, nihilominus tenetur eis: vt argu. §. eod. l. si quis pecuniam. In emancipato poni non potest: quia ipse citra bonorum possessionem contra tabu. adire non potest: quia aditio de iure ciuili est. sed nec vnde liberi habet donec est locus bo. poss. contra tabu. vt. §. si ta. te. nul. ex. l. j. in prin. sed in præterito suo videtur reprobari: vt. §. de leg. præ. l. is qui. in prin. & l. si duo. vbi non præstat legata suus præteritus, etiam si per contra tabu. venit: nisi dicas quod fraus hęc faciat eum præstare. & sic reatus beneficium excludit: vt. C. vbi se. vel cla. l. j. Pone ergo secundum Azo. in suo instituto qui habet contra tabu. si alius præteritus commisit ei edictum: vt. §. de bo. pos. contra tabu. l. iij. §. si quis ex liberis. & de leg. præ. l. is qui. §. vbi vero. & §. sed si scriptus. si ergo omittat contra tab. & accipiat ab intestato, habet locum quod hęc dicitur: sed tunc ad omnia teneri videtur: vt. §. eo. l. si filius. quare prima positio bona est. vel pone sicut notatur. §. de contra tabu. l. illud. §. fina. in quæstione ibi facta. Item facit. §. eo. l. si filius qui. & quod ibi not.

**si libertas.** ] **CASVS.** Institui mihi heredem Seium, & dedi libertatem Stichō seruo meo sub conditione si dederit Titio. x. & multa alia legata ab herede reliqui, & decessi: & postea Seius heres omisit

a] No. quod collusio vbi que est prohibita. in Cle. cōstitutionem. §. la ne. & ibi Car. de ele. & in tit. de collusi. de teg. per totum.

\* accepisset.

Reatus beneficium excludit.



res omiffit adire ex testamento, & adiuit ab intestato, cum esset meus frater fortè. certè de legatis planum est quòd possint ab eo peti. Item & Stichus prædicto cõpetit libertas ac si heres adiuisset ex testamento: non tamen antequam det Titio decem. Viuianus.

**a** Paritum fit. patet ergo per omnia idem esse ac si ex testamento adita esset hereditas: vt j.e.l. duo. §. fi. & l. si dolo. §. fi. & l. penul. & c. e.l. fi. & infra de leg. præstan. l. is qui. §. fi. & facit j. de condi. & demon. l. qui here. in fine. & s. de condi. institu. l. quæ sub conditione. §. quoties. Sed arg. contra. j. eo. l. si quis sub conditione.

**Q**uidam.] CASVS. Seius instituit sibi heredes Titium & Mæuium, & prædicto Titio legauit. c. & decessit. postea dictus Titius & Mæuius omiserunt ex testamento, & adiuerunt ab intestato. certè non potest Titius petere dicta. c. à Mæuio ita enim bene peccauit Titius sicut Mæuius: & idè esset si cuilibet eorum prælegasset aliquid dictus testator. Viuianus.

**b** Legauit. id est prælegauit.

**c** Postulabit. quia alter alteri quòd omiffit causam testamenti, obiicere nõ potest: quia uterq; in ea causa est. ad quòd facit. j. eo. l. si non solus. §. j. vnde Iuuenalis, Nihil Catilina Cethego: vt C. de heredi. l. quoniam. & C. de inoffi. testam. l. in arenâ. & facit. j. de lega. præst. l. bonorum. Accursius.

**S**i quis sub.] CASVS. Institui mihi heredè Titium si daret Seio decem intra annũ, & de-

cessi: ipse autem Titius omiffa causa testamenti ab intestato cepit heredi. meam possidere. Nunquid dictus Seius poterit petere ab eo dicta. x? Et dicitur quòd nõ. non est enim legatarius dictus Seius. Sed pone quòd intra dictum annum omiffit ex testamento, & possidet ab intestato: & est adhuc intra dictum annum: & sic potest adhuc parere dictæ conditioni: nunquid tenetur Seio ad danda dicta. x? Et dicitur quòd non valuit repudiatio ex testamento, & aditio ab intestato, ideo quia non erat tempore repudiationis adhuc ei delata. & hoc dicit cum. l. seq. Viuianus.

**d** Omiffa causa. sed qualiter poterit omiffere, id est repudiare ante impletam conditionem, cum nec fuerit delata ab intestato, vel ex testamento: vt supra tit. ij. l. is qui heres? Respon. hinc delata erat ab intestato defecta iam conditione quæ implenda erat intra certum tempus. lex verò sequens loquitur cum adhuc supererat de tempore: & ideo bene respon. etiam. l. seq. cum non teneri hac parte edicti. q. d. non habet locum hoc edictum, cum nec repudiare ex testamento, nec adire ab intestato potuerit. in superiori verò casu locum habet edictum: sed non in illis in quorum persona fuit adimplenda conditio, vt hinc: sed in persona conditionalium legatorum sic: vt. s. l. j. §. qui sub conditione.

**e** Neque enim legatarius. imò videtur quòd sic: vt. j. de lega. ij. l. xj. §. cum esset. Sed ibi fuit pura institutio sub modo facta, vt det heredi. rogato certam summam. hinc sub conditione: vt infra de condi. & demon. l. qui heredi. in fin. & l. Mæuius. Alij quòd hinc fuit expressa conditio, ibi non. Item contra supra de condic. ob cau. l. dedi. §. fina. Sol. ibi habuit in initium: quia dare voluit quòd debebat dare, hinc non. vnde quasi in princ. est nata actio in factum. arg. infra de polli. l. j. §. j. Item argu. contra supra de transac. l. cum hi. §. hæc oratio. ibi, sed & si conditionis & c. <sup>a</sup> Item contra. s. eo. l. qui ff. Infort,

autem. §. fina. Sed ibi heres recipere, hinc dare debebat. Item contra infra de leg. j. l. quidam testamento. §. fina. sed potest grauari si habuit: non autem dicit posse peti dandum causa implendæ conditionis.

**f** Sed & si adhuc parendi. expone vt & supra proxi.

**S**i non solus.] CASVS. Institui mihi heredè Titium meum consanguineum: & nihil reliqui Seio qui erat similiter meus consanguineus: & multa legata reliqui à dicto Titio quibusdam, & decessi. postea Titius gratia dicti Seij, & non accepta ab eo aliqua pecunia, omiffit ex testamento, & cepit possidere hereditatem ab intestato cum Seio. certè non solum Titius tenebitur legatariis, sed etiam Seius: nec enim debet Seius aspernari obesse sibi factum Titij heredis scripti cui Seio etiam profuit dictum factum dicti Titij heredis scripti, id est omiffio ex testamento. secus autè si propter hoc Titius à Seio accepisset pecuniã: quia tunc tenetur in solidum ipse Titius ad legata. [C. v. m. SVBSTITVTIS.] Titium & Seium meos filios institui mihi heredes, & Gaio & Sempromio legata reliqui: & ita postea dixi: si dicti mei filij non erunt mihi heredes, substituo eis dictum Gaium & Sempromium. postea decessi. instituti & substituti omiserunt ex testamento, & adiuerunt ab intestato hered. modò petunt dicti substituti legata ab institutis. certè non possunt. liberum enim fuit

**Si plures possident ab intestato, vno omittente quilibet tenetur in virilem: si pecunia accepta, quilibet in solidum tenetur.**

x. VLPPIANVS libro quinquagesimo ad Edictum.

**S**i non solus, sed cum alio possidet hereditatem is qui omiffit causam testamenti: rectissime Iulianus ait (quod & Marcellus probat) dandam in ipsum quoque legatorum actionem vtilem. Nec enim aspernari debet, obesse sibi factum heredis scripti, cui etiam profuerit. hoc autem ita est, nisi si pecuniã accepit is qui omiffit causam testamenti: tunc enim in solidum tenebitur.

**Ei qui adeundo potest confequi hereditatem, si omittit, hoc edicto non subuenitur. Bar.**

**C**um substitutis ab institutis legata fuissent relicta, & tam instituti quã substituti omiffa causa testamenti possideant ab intestato hereditatem: diuus Pius rescriptit, neque improbè neque imprudèter institutos legata recusare substitutis data. Rectè enim recusant in se dari legatorum fideiue commissorum petitionem substituto, cui liberum fuit ad eunti hereditatem, non fideicommissum petere, sed vniuersa bona obtinere.

substitutis adire ex substitutione, & vniuersa bona obtinere, & non petere legata. h. d. vsque ad. §. si duo sint. Viuianus.

**g** Si non solus. scriptus.

**h** Cum alio. puta Titio fratre suo.

**i** Hereditatem. ab intestato, vt subiicit.

**k** Is. scilicet scriptus.

**l** Omiffit causam. gratia alterius, scilicet Titij fratris, qui vnã cum eo veniebat ab intestato.

**m** In ipsum. scilicet Titium cum quo possidet institutus. & dic pro parte, vt statim patet.

**n** Cui. s. Titio venienti ab intestato cū scripto: cū fortè fratres erant.

**o** Profuerit. factum heredis scripti. sic. j. de reg. iur. l. ex qua persona. & j. e. l. mater. §. fina. auctoris enim dolus nocet habenti causam lucratiuam: vt. j. de excep. do. l. apud Celsum. §. si quid autem. Item & hic participauit fraudem. præsciuit enim.

**p** In solidum. scilicet, non pro parte tantum. Azo. & dic tenetur omittens quasi hereditatem habens, cum pretium habeat partis, & alterutram habet partem. Vel dic etiam Titium teneri in solidum: cum sit deterius pretio corrumpere quàm precibus: sicut in sententia: vt. C. quãdo prouo. nõ est neces. l. venales. & j. ad Treb. l. seruo. Item contra supra eo. l. licet. nam hinc nõ seruatur ordo conuentionis: ibi sic. Sol. hinc uterq; possidebat, ibi alter tantum. Item & hinc cõuenitur qui gratis omiffit causam testamenti: & hoc ideo, quia possidebat. & sic non obstabat. s. eo. l. si quis pecuniã. ibi, vbi verò gratis & c. Item ad hoc. s. eo. l. si pecuniã.

**q** Cui liberum. q. d. ideo cum ipse omiffit, omittentem incusare nõ potest. sic. s. eo. l. quidam. Item est alia ratio, quia potest habere totum: vt hinc, & c. de impu. & aliis substit. l. iij. vnde sibi imputet: vt. C. de testa. ma. l. fi. §. j. Sed contra. j. eod. l. si in testamento §. fi.



Solu. vt ibi. **ADDITIONE**. Intellige ista secundum illam prout loquitur in instituto qui repudiavit accepta pecunia: & eodem modo prout loquitur in substituto qui repudiavit accepta pecunia: scilicet si loquitur de pecunia legatorum relictorum ab alio. sed quando ab utroque legata sunt relicta, tunc quilibet tenetur suis: nec discutietur primo possessor: vt hac. l. in fi. Ratio, quia cum subeat onera per se ex dispositione defuncti, lex mitius agit cum eo pro legato ab eo relicto: & circa hoc vide distinctionem quam ponit Bart. in l. fi. j. eo.

**si duo.** **CASVS.** Institui mihi heredem Titium meum consanguineum, & ab eo quibusdam legata reliqui: & eidem Titio substitui similiter Seium meum consanguineum: & ab eodem Seio legata quibusdam reliqui, & decessi. postea institutus predictus & substitutus omiserunt ex testamento, & adierunt ab intestato. modò quaeritur, vtrum teneantur legata prestare? Et dicitur qd sic, & in solidum. sed vtrum dicemus petitionem dādam aduersus quēlibet eorum legatorum quē sic à se relicta sunt: an verò ab utroque legata prestare cogantur? Et dicitur qd quilibet suis legatariis debet respondere. & hoc dicit hic. §. à prin. vsque ad illum versus, & aliās proponamus &c. & in fi. ibi, nā cum ambo &c. in illo autem versu. & aliās proponamus &c.

ponit talem casum: Pone quòd dictus institutus omisit ex testamento: & cū hereditas venire deberet ad dictum substitutum, permisit substitutus solum institutum ab intestato possidere: nunquid patietur dictus institutus actionem solummodo eorum legatorum quæ sunt à se relicta: an verò etiā eorum quæ sunt relicta à substituto predicto: & dicendum est ita demū etiā eorum legatorum à substituto relictorum actionem pati debere institutum qui solus possidet ab intestato, si dolo substituti peruenit hereditas ad institutum, & sine pecunia. nā si propter hoc accepisset substitutus pecuniam ab instituto: ipse substitutus esset cōueniendus ad omnia legata: & intelligo in subsidium, scilicet vt prius institutus possidens cōueniatur, & in subsidium substitutus. Item quid e contra si solus substitutus ab intestato possidet hereditatem? Certè si accepit propter hoc pecuniā institutus à substituto, & participauit substitutus fraudem cū instituto, institutus respōdebit suis legatariis, & substitutus suis. si autē sine pecunia omisisset institutus, aduersus substitutum datur actio omnium legatorum. Sed pone quòd ego testator à dictis instituto & substituto eandē rem legauī Gaio, puta equum meum, & omiſsa causa testamenti possident ab intestato institutus & substitutus? Certè potest Gaius legatarius eligere quem vult conuenire ad legatū vel institutum vel substitutum. & si fuerit ab electo equum consecutus: ab altero petere amplius non poterit. Sed quid erit de libertatibus directis, & de datis per fideicommissum à dicto instituto & à substituto? Et repon. qd vtriq; cōpetent, instituto & substituto omittentibus ex testamento, & aduentibus ab intestato. & h. d. vsque ad l. de libertatibus. §. j. Viuia.

**a** Institutus. aliās instituti & substituti: aliās, institutus & substitutus.  
**b** sed vtrum. repetit quaestionem, quia non clarè respondit qualiter intellexit in solidum. Accursius.

**c** Eorum. legatorum.

**d** videamus. & certè quilibet pro relictis à se: vt. j. in fi. ibi, nunc autem &c. Sed contra. s. eo. l. licet, vbi seruatur ordo. Sol. vt ibi.

**e** Et aliās &c. aliam proponit, & soluit, scilicet si institutus dedit

pecuniam substituto: vt licet ipse institutus repudiet ex testamento, non tamen substitutus adiret ex substitutione: & sic institutus haberet ab intestato, quia ab intestato veniebat, non substitutus.

**f** A se. scilicet tantum. Accursius.

**g** Etiam eorum. quæ sunt relicta à substituto.

accepit substitutus: ipse **i** erit conueniendus. **k** Item si solus substitutus possideret: **l** si quidē pecunia accepta institutus omisisset, **m** dicemus institutum suis legatariis **n** respondere debere, substitutum suis. Si autem sine pecunia: aduersus **o** substitutum dabimus actionem. Nunc **p** cum ambo possideant: melius dicitur singulos suis legatariis respondere debere.

**Legatarij communes possunt conuenire quem volunt, institutum vel substitutum: & competunt libertates tam directę quam fideicommissarię. h. d. cum princ. l. seq. Bartolus.**

**XI. IAVOLENVS libro septimo Epistularum.**

**S**I ab instituto & substituto eadem res mihi legata **q** sit, & omiſsa causa testamenti hereditatem possideant lege: **r** etiam si ab utroque herede solidum mihi debetur, tamen ab vno legatum consecutus, ab altero petere non potero. eligete itaque reum potero.

**XII. VLPPIANVS libro quinquagesimo ad Edictum.**

**D**E libertatibus **f** quoque in hoc casu quaesitum est, an

quibuslibet, & prior possessor: in quo toto est contra. s. eo. l. licet. Solu. vt ibi, quia ibi idem ab utroque: hīc secus.

**D** **o** Aduersus substitutum. pro omnibus scilicet, & pro relictis ab instituto ita demum si participauit fraudem cū instituto, & nō aliter: vt. C. eo. l. j. Sed an institutus in subsidium pro relictis à se instituto? Quidam dicunt quòd sic per. l. licet. quòd non placet: quia ibi pecunia accepta. dic ergo hīc quòd etiā in subsidium non tenetur institutus: vt supra eod. l. si quis pecuniam. ibi, vbi vero gratis &c.

**P** Nunc. soluit quaestionē factā in prin. §. & facit. j. eo. l. duo. Acc.

**Q** **S**I ab instituto. Legata. expresse, vel etiam tacite à substituto: vt infra de leg. j. l. licet.

**R** Lege. id est ab intestato, scilicet. l. xij. tabu. vel alia. & facit. infra eo. l. iij. & j. eo. l. duo. & l. si eadem. Sed contra. s. eo. l. licet. Solu. ibi. Item facit. j. de lega. j. l. planē. §. si eadem.

**D** **E** libertatibus. ] Calum in hoc princ. vide. s. in fi. casus proximi. preceden. [HEREDEM EIUS.] Institui mihi heredem Titium, & legata ab eo reliqui, & decessi: Titius autem predictus omisit ex testamento, & ab intestato possidet heredi. & postea decessit dictus Titius: & habuit heredē Seium. certè Seius heres Titij heredis mei tenetur in solidum legatariis. cōtinet enim actio pro legato cōpetens rei persecutionem, & non pōnā: & ideo est perpetua. Si autē dictus heres heredis mei conueniretur à legatariis propter dolum heredis mei qui defunctus est, non teneretur nisi in id quod ad eum heredem heredis peruenit: puta quia heres meus defunctus non solum cōmisit dolum in omittendo ex testamento, & aduendo ab intestato: sed etiā in hoc quia quasdam res hereditarias in fraudem legatariorum voluit ab intestato adipisci: imò permisit quosdā alios eas habere: quo casu licet heres meus defunctus pro omnibus teneretur, vt. s. eo. l. j. §. sanē. dictus tamē heres heredis mei in id tantū quod ad se peruenit, tenebit: puta si aliquid ex illis reb' nō adeptis à defuncto herede meo acquisierit. Vi. **f** De libertatibus. vel continua superiori proximā, vel illi, si non solus. in fi.

**h** sine pecunia. tunc enim substitutus conueniri non potest: vt. s. eo. l. si quis pecuniam. ibi, vbi verò gratis &c.

**i** Ipse. s. substitutus.

**k** Conueniendus. pro omnibus relictis etiam ab instituto. & est ratio, quia à substituto repetita videntur: vt. j. de leg. j. l. licet. H. sed secus in instituto, vt statim ponet. & est ratio, quia habet pecuniam: & sic hereditatem habere videtur: vt. s. de peti. here. l. si & rem. Sed cōtra. s. eo. l. licet. vbi dicit primò possessorem quā eum qui omisit pecunia accepta. Sol. & hīc intellige secundum eūdem ordinem. sic ergo prius conuenietur hic institutus quātū est in relictis à se.

**l** Possideret. ab intestato, data instituto pecunia vt repudiet ex testamento: vt sic substituto delata hereditate, eā repudiet ex testamento, & ab intestato habeat. Azo. **m** Omisisset. qui ab intestato succedere non poterat.

**n** suis legatariis. scilicet tantum. & est ratio, quia relicta à substituto non videntur repeti ab instituto. Azo. Sed certè imò videtur quilibet, & pro



**a** Tam hæ. sic. Azo. sed Al. sic, tam iis qui ab instituto quam qui à substituto.

**b** Tam directæ. directæ sine dubio: in fideicommissariis distinguitur: vt. s. vt quisque teneatur suis: vt. s. eod. l. si non solus. §. item si solus. Vel dic imò vterque in solidum tenetur fauore libertatis. & facit. C. eod. l. ij.

**c** Persecutionem. scilicet rei quæ peruenit ad heredem. Azo.

**d** Dolum. scilicet tantum sub. quia nõ possedit ab intestato. tunc enim heres tenetur in solidum: & da hinc exemplum veluti cum in legatariorum nec dolo se quis egit ne ad se sed ad alium hereditas deueniret: vt. s. eodem. l. j. §. penult. Sed nunquid secundum hoc locum habet hoc edictum etiam si defunctus sine dolo omisit? Respon. certè non: vt infra de lega. ij. l. cum pater. §. Titio. & s. eo. l. qui autem. §. si patronus. in fin. §. quid est ergo quod hinc dicitur? Respon. si heres heredis qui omisit dolo malo ex testamento, conueniatur quia adiuuerit ab intestato, tenetur in solidum: nisi conueniatur propter dolum defuncti admissum in hoc, quia defunctus heres res quasdam voluit adipisci. licet enim defunctus præ omnibus teneretur: vt. s. eo. l. j. §. sanè. heres tamè si quid ex rebus illis non adeptis à defuncto acquisiuerit, in id quod ad se peruenit, tenebitur. Azo. & hoc dicit. Accursius.

**e** Tenetur hoc edicto. & in solidum: vt. s. eo. l. j. §. non querimus. sed excipitur minor: vt. j. eo. l. si dolo.

**f** Quamuis. Hereditatis. quod videbatur opus: vt in rubrica videtur. & facit institutio. de fideicommiss. he. §. si quis vna. sic nec res singulæ sunt pars domus: vt. j. de acquir. d. poss. l. qui vnuerfas. licet sit argu. contra quod area sit pars: vt. j. de solu. l. qui res. §. aream. **ADDITIO.** Dic secundum Barto. hinc quod quandoque plures res faciunt vnum totum integrale: vt vnam vnuerfitatem corporum: & tunc quilibet potest dici pars illius corporis: vt in. l. reru mixtura. de vsucap. quædam sunt res quibus colligitur vnuerfitas iuris: vt hereditas. & tunc nulla res potest proprie dici ff. Infort.

competant tam hæ<sup>a</sup> quæ ab instituto, quam hæ<sup>a</sup> quæ à substituto data sunt. Et magis est vt competant tam directæ, b<sup>a</sup> quam fideicommissariæ.

**Actio ex hoc edicto transit contra heredem in solidum: sed si defunctus tenebatur ex dolo, transit in quantum ad heredem peruenit. Bartolus.**

Heredem eius qui omiffa causa testamenti ab intestato possidet hereditatem, in solidum legatorum actione teneri constat. Magis est enim, rei persecutionem<sup>c</sup> quam pœnam continere, & ideo & perpetuam esse. Hoc autem ita est, nisi propter dolum<sup>d</sup> defuncti conueniatur heres. tunc enim in id quod ad eum peruenit, conueniatur.

**Siue partem siue rem ex hereditate quis possideat, hoc edicto tenetur. Bartolus.**

**XIII. GAIUS libro septimo decimo ad Edictum Prouinciale.**

**E**T si non totam aliquis hereditatem, partemve eius ex qua heres institutus est, ab intestato possideat, sed vel minimam portionem, vel etiam vnam aliquam rem, tenetur hoc edicto: <sup>e</sup>

**XIII. IDEM libro secundo de Testamentis ad Edictum Prætoris Urbani.**

**Q**uamuis nõ proprie pars hereditatis<sup>f</sup> in vna re intellegatur.

**XV. IDEM libro septimo decimo ad Edictum Prouinciale.**

**N**ec id iniquum est: cum ex suo quisque vitio<sup>g</sup> hoc incommodo adficiatur.

**XVI. IDEM libro secundo de Testamentis ad Edictum Prætoris Urbani.**

**C**um enim hereditas ab eo quoque peti possit, qui vnam aliquam rem hereditario nomine possideat: h<sup>a</sup> dubitari nõ oportet quin verum sit quod diximus.

contra legatarios. Viuianus.

**e** Tenetur hoc edicto. & in solidum: vt. s. eo. l. j. §. non querimus. sed excipitur minor: vt. j. eo. l. si dolo.

**f** Quamuis. Hereditatis. quod videbatur opus: vt in rubrica videtur. & facit institutio. de fideicommiss. he. §. si quis vna. sic nec res singulæ sunt pars domus: vt. j. de acquir. d. poss. l. qui vnuerfas. licet sit argu. contra quod area sit pars: vt. j. de solu. l. qui res. §. aream. **ADDITIO.** Dic secundum Barto. hinc quod quandoque plures res faciunt vnum totum integrale: vt vnam vnuerfitatem corporum: & tunc quilibet potest dici pars illius corporis: vt in. l. reru mixtura. de vsucap. quædam sunt res quibus colligitur vnuerfitas iuris: vt hereditas. & tunc nulla res potest proprie dici ff. Infort.

pars illius iuris: quia res est facti. ita loquitur hinc.

**g** Nec id iniquum. Vitio. sic infra de regu. iur. l. quod quis ex sua. Accursius.

**h** Cum possideat. vt supra de petit. hered. l. iij. & l. penult. & l. regulariter. & l. legitimam.

**Qui omittit hereditatem absque dolo, nõ tenetur hoc edicto: sed ad petitionem fideicommissarij poterit cogi adire. Bartolus.**

**XVII. IDEM libro septimo decimo ad Edictum Prouinciale.**

**S**i quis omiffa<sup>i</sup> causa testamenti omnino eam hereditatem non possideat: k<sup>a</sup> excluduntur legatarij. Nam liberum cuique esse debet, etiam lucrosam hereditatem omittit: licet eo modo legata libertatesque intercidunt. l. Sed in fideicommissariis hereditatibus id psumum est, m<sup>a</sup> vt si scriptus heres nollet adire hereditatem, iussu prætoris adeat, & restituat. quod beneficium his quibus singulæ res per fideicommissum relictæ sint, non magis<sup>n</sup> tributum est, quam legatariis.

**Plures omittentes ab intestato possidentes: ac si ex testamento adiuissent, conueniuntur. h. d. Bart.**

**XVIII. IDEM libro secundo de Testamentis ad Edictum Prætoris Urbani.**

**S**i duo<sup>†</sup> heredes instituti, ab omiffa causa testamenti ab intestato possideant hereditatem: tunc quia vterque prætorio iure perinde habetur atque si ex testamento hereditatem adisset, pro partibus<sup>o</sup> in singulos cõpetit actio.

**Ex hoc edicto petuntur legata salua ratione. l. Falcidie, vel portionis alio iure debite. h. d. cum. l. seq. Bartolus.**

Admonedi sumus, huic in quæ ex hac parte edicti legatorum actio datur, beneficium legis Falcidie<sup>p</sup> concedendum.

**XIX. IDEM libro septimo decimo ad Edictum Prouinciale.**

**P**reterea patrono quoque qui ex asse heres institutus est, si ab intestato possiderit hereditatem, commodum partis debite<sup>q</sup> quod habiturus foret si ex testamento adisset hereditatem, saluum ei debet esse.

contra legatarios. Viuianus.

**o** Pro partibus. ad hoc. s. eo. l. si non solus. in prin. & §. si duo. in fi.

**p** Falcidie. ad hoc. C. eo. l. fin. & j. eo. l. cui seruus. & l. pen. & s. eo. l. quia autem. §. fi. & j. ad legem Falcid. l. j. §. ad eos. Sed contra hæc. l. ad princ. s. de dolo. l. si duo. vbi in solidum tenentur duo dolosi: sed ibi circa idem, hinc circa suam partem quilibet.

**q** Preterea. **CASVS.** Si aliquis patronus sit heres institutus ex asse à liberto, & ab eo relictæ sunt legata quibusdã: & patronus omittat ex testamento, & adeat ab intestato, sicque legatariis teneatur: debet habere malo velle legatariorum commodum partis suæ quæ defertur ei à lege in bonis liberti: de qua parte dixi. s. e. quia autem. §. si prõn. & hoc ita bene ac si adiuisset ex testamento hereditatem liberti. Viuianus.

**S**i quis omiffa. **CASVS.**

Institui mihi herede Sciu, & reliqui ab eo legata & fideicommissa singularia & libertates, & decessi. post ea ipse omisit hereditatem ex testamento, & ab intestato non possedit sine dolo. nõquid tenetur prestare legata & fideicommissa & libertates? Et dicitur quod nõ. si autem rogassem eum quod totam hereditatem meam vel partem eius restitueret Gaius: posset Gaius eum inuitum cogere ad adendum, & restituendum sibi: & hoc per senatuscon. Trebellianum. Viuianus.

**i** si quis omiffa. Dolo vel nõ dolo, gratis nullo pretio accepto inde: quia tunc fecus: vt. s. eo. l. licet. & l. si quis pecuniam. Accursius.

**k** Non possideat. nec aliquis eam possidet: alioquin possessor conueniretur si fraudem adhibuisset. si autem fraudis ignarus erat, non conueniretur licet institutus in fraudem omiffisset. Azo. vt. C. e. l. j. Accursius.

**l** Intercidunt. vt. C. eo. l. ij. & s. e. l. qui autem. §. si patronus. & facit. j. de vi & vi arma. l. iij. §. si quis autem. & j. eo. l. si seruus. §. j.

**m** Psumum est. Nihilominus & hinc edictum habet locum: vt. j. eod. l. si seruus. §. j.

**n** Non magis. nam nec istis nec illis: vt infra ad Treb. l. nam quod. §. fi. & l. mulier. §. fin. & l. si patroni. §. sed & fi.

**D**vo heredes. **CASVS.** Istum casum habuisti. s. eo. l. si nõ solus. §. si duo. in princ. & in fin. §. Secundo dicit hæc. l. quod illi qui omisit ex testamento, & adiuuit ab intestato, sicque tenetur legatariis, datur beneficium. l. Falcidie

†Vulg. Duo here. inst. fi.

†In hæc sententiam Aristotel. lib. 5. Eth. ca. 11.

a) Dic etiam arcam cõtineri appellatione domus in. l. si fundum. §. qui fundum. j. de lega. 1.



cit supra eodem. l. quia autem. §. si patronus.

**S**i eadem.] **CASVS.** Institui mihi heredem Titium, & legavi primo equum meum, & prædicto Titio substitui secundum: & ab eodem secundo substituto legavi eundem equum tertio: & postea decessi: & postea Titius institutus omisit ex testamento: & cum deberet venire hereditas

ad substitutum, permittitur substitui solum institutum ab intestato possidere: & gratis hoc fecit. certè primò cui fuit legatus equus ab instituto, petet equum, & non tertius cui fuit legatus equus à substituto. Viuianus.

<sup>a</sup> *Accipit.* destinatione. & dic quòd solò institutus adiuit ex testamento, vel ab intestato omissa causa testamèti: vt. C. de fideicommiss. l. quoties. ij. sed. §. eo. si ab instituto. secus.

**S**i filius.] **CASVS.** Si ego sum institutus heres, & à me sint relicta legata, & ego omitto ex testamento, & adeo ab intestato in fraudem legatariorum: datur in me actio legatariis. & idè est si filius meus sit heres institutus. Viuia.

<sup>b</sup> *Bonorum possessionem.* vnde legitimi: vt. j. vnde legi. l. ij. §. fin. & l. iij. Accursius.

<sup>c</sup> *Ipsè.* lego: sed. j. eo. l. mater. §. j. secus.

**S**i in testamento.] **CASVS.** Ita scripsit Gaius in testamento suo: Titius heres esto: & si Titius heres erit, Mæuius heres esto. & decessit dictus Gaius. post ea prædictus Titius omisit ex testamento, & adiuit ab intestato totam hereditatem. modò vult Mæuius petere dimidiam ab illo ac si adiuisset ipse Titius ex testamento. certè dicitur hinc quòd non potest: quauis secus sit in legatis & libertatibus. & ratio est plana i litera. Sed quid si ita scripsisset dictus Gaius: Titius heres esto,

& Seius heres esto: & quisquis mihi ex superscriptis heres erit, Stichus liber & heres mihi esto. & postea Titius omisso testamèto ab intestato hereditatem possideat: non debet habere Stichus libertatem, nec hereditatis partem: quamuis si sola libertas esset ei relicta, eam haberet, vt dictum est. Item quid si ita scripserit dictus Gaius: Titius heres esto: si Titius heres non erit, Mæuius heres esto: quisquis mihi ex superscriptis heres erit, Mæuius prædicto, si mihi heres non erit prædictus Mæuius, centum dato: & postea decessit dictus Gaius, & postea dictus Titius omisso testamento legitimam hereditatem Gaij possideat, ideo quia Mæuius substitutus noluerit ex substitutione adire habens aliquam iustam causam (de quibus iustis causis dixi. §. eod. quia autem. §. quid deinde. ibi. non offendit, &c.) nunquid poterit petere dictus Mæuius dicta centum? Et dicitur quòd sic. Viuianus.

<sup>d</sup> *Non debet.* Sed nonne extitit conditio? nam Titius heres est. Respon. non, quia intellexit ex testamento. ad quod. §. de vul. substi. l. qui liberis. §. j. & §. de here. insti. l. seruus alienus. §. si quis ita.

<sup>e</sup> *Culpa.* non est bona ratio: quia & in legato eadem ratione posset obiici testatori quòd ea ab intestato non relinquit. imò nõ pos-

set obiici, quia secundum hanc. l. ab intestato non valebat: vt instit. de fideicommiss. hered. §. præterea. sed in fideicommissio bene obiici potest. Azo.

<sup>f</sup> *Libertatem.* quoniam hanc ab herede non debuit accipere, sed à seipso: vt. §. de here. instituen. l. sed & si in conditione. §. fina.

re prætor non debet. Sua enim culpa testator sub hac conditione hereditatis partem dedit, quã potuit purè dare. Quare & si ita scriptum fuisset, *Titius heres esto, Quisquis mihi ex superscriptis heres erit, Stichus liber heresque esto:* & Titius omisso testamento hereditatem possideat: libertatem prætor Stichi tueri non debet, nec hereditatis petitionem ei dare.

**Legatū substituto etiam in institutionis defectum conseruatur per hoc edictum. Bartolus.**

Si quis hoc modo testamètum scripserit, *Titius heres esto: si Titius heres nõ erit, Mæuius heres esto: quisquis mihi ex superscriptis heres erit, Mæuius, si mihi heres non erit, centum dato.* deinde Titius omisso testamento legitimam hereditatem possideat: an Mæuius, cuius in potestate fuit vt ex substitutione adeundo totam hereditatem haberet, legatorum actio dari debeat, quæritur. Et placet dari: quia nihil prohibet Mæuium iustam causam habuisse, propter quam nollet negotiis hereditariis implicari.

**Institutus omittens contra tabulas sibi competentem beneficio præteriti, omnibus ad integra legata tenetur. Bartolus.**

**XXIII. VLP IANVS libro quadragesimo sexto ad Edictum.**

**S**i filius qui mansit in patris potestate, item filia, heredes instituti, præterito fratre emancipato, qui contra tabulas accipere possessionem potuit, vt instituti patris possessionem acceperint, legata omnibus præstabit: nec filia dotem suam fra-

non petierunt contra tabulas cum emancipato, quo casu non præstitissent legata nisi liberis & parentibus. Sed nunquid in prædicto casu cum omiserunt ex testamento, & aduerunt ab intestato, conferret dicta filia dotem quam ego ei dederam, fratri suo qui secum omisit? Et dicitur quòd non: quia secudum has leges non habet locum collatio ex testamento. ipsa autem quæ omisit ex testamento (vt dictum est) videtur habere heredi. ex testamèto, & non ab intestato, per istud edictum. & hoc dicit. Viuianus.

<sup>l</sup> *Acceperint.* filius & filia instituti. Azo. & etiam emancipatus vnà cum eis, secundum Ir.

<sup>m</sup> *Omnibus.* non obstat supra eodem. l. quia autem. §. penult. vt ibi nota. Et nota hinc breuiter suum institutum præterito emancipato & petente contra tab. habere tria remedia. nam adire potest ab intestato: & quia tunc facit in fraudem, omnibus præstat legata: vt hinc: & hoc si coheredem non habet: alioquin coheredi accresceret. Item potest adire ex institutione, & tenebitur tunc in partem adscriptam: nisi maior sit virili: & præstat omnibus legata. Item bonorum possessionem contra tabu. potest petere: & tunc tenebitur in virilem, & certis tantum personis præstabit legata,

**In specie præfertur ille cui ab instituto relicta est. Bartolus.**

**XX. VLP IANVS libro quarto Disputationum.**

**S**i eadem res diuersis personis ab instituto & substituto fuerit relicta: nõ vterque, sed qui ab instituto accepit, solus vindicabit.

**Actio ex hoc edicto competit contra patrem, qui ex persona filij omisit ex testamento, & adiuit ab intestato. Bartolus.**

**XXI. IULIANVS libro vicen-simo septimo Digestorum.**

**S**i filius meus à matre sua heres scriptus fuerit, & ego testamèti causa omissa, bonorum possessionem eiusdem filij nomine petiero: actio legatorum in me dari debet non secus ac si ipse heres scriptus omissa causa testamèti bonorum possessionem ab intestato accepissem.

**Per hoc edictum non conseruantur ea quæ per se possunt subsistere: & de necessitate aliorum aditio non expectatur. Bartolus.**

**XXII. IDEM libro trigentesimo primo Digestorum.**

**S**i in testamento ita scriptum fuerit, *Titius heres esto. si Titius heres erit, Mæuius heres esto:* & Titius omissa causa testamenti hereditatem legitimam possederit: Mæuius aduersus eum petitio hereditatis dari non debet pro parte quam habiturus esset si testamenti causa omissa non fuisset. Cum enim omisso testamento hereditas possidetur, legatorum quidè & libertatum ratio habenda est, quia aliter quàm ab herede dari non potuerunt. hereditatis verò quæ ita data est, rationem habe-

<sup>g</sup> *Non debet.* Sed quare? nonne eam tuetur, si mentio hereditatis habita non fuisset? Certè sic. vt supra eod. l. de libertatibus. in pr. perdit ergo quia plus est ei datum? Respon. imò perdit ideo, quia testator eum voluit à seipso consequi libertatem sub conditione, scilicet si Titius heres esset: vt. d. l. sed & si in conditione. §. fina.

<sup>h</sup> *Ei.* scilicet seruo.

<sup>i</sup> *In potestate.* vt. C. de impub. & aliis substi. l. iij. & §. tit. ij. l. filium.

<sup>k</sup> *Dari.* contra supra eodem si non solus. §. j. Sol. ibi vterque possidebat, hinc alter tantum. sed secudum hoc illius. l. ratio nihil valeret. quare dic quòd hinc omisit iusta causa: vt argu. infra de lega. j. l. filio pater. vel hinc iusta causa adiicitur, vnde contrarium euitatur. Azo. quæ sit iusta causa dic vt supra eodem. l. excusatus. & l. qui autem. §. planè. Accursius.

**S**i filius.] **CASVS.** Ego habens filium emancipatum, & filium & filiam in potestate, institui mihi heredes filium & filiam quos habebam in potestate, & legata ab eis reliqui, & emancipatum præterij, & decessi. filius & filia instituti omiserunt ex testamento, & aduerunt ab intestato. certè legata omnibus præstabit ab se relicta, non solum liberis & parentibus quibus ego legata ab eis reliqueram, sed etiam extraneis personis quibus legaueram. imputatur enim eis, q



legata. ſed hoc fortè de accreſcenti portione. Sed nunquid de adſcripta præſtabit omnibus? Azo. dubitari poteſt. & facit. j. de leg. præſtan. l. is qui. §. vbi verò. Sed ille. §. ſed ſi ſcriptus. j. l. is qui. de leg. præſtan. eſt contra hæc quæ dicta ſunt. Sed ibi ſoluit Hug. Conferet. quia quaſi adiiſſet, præſtat legata: ex teſtamēto autem ſecundum hanc legem nō fiebat collatio: vt. C. de collat. l. j. hodie ſec. vt in authen. ibi poſita.

**S**I dolo tutoris. ] **CASVS.** Filium meum impuberem inſtitui mihi heredē: & legata ab eo reliqui: & dedi ei tutorem Titium: & deceſſi. poſtea dictus tutor in fraudem legatariorum fecit pupillum omiſſere ex teſtamento, & ab inſtituto hereditatem poſſidere. certè danda eſt actio legatorū in pupillum, ſed eatenus, quatenus hereditas ei acq̄ſita eſt ab inſtituto. ſi enim poſſidet cum alio legitimo hereditatē ab inſtituto, nō debet teneri legatarius niſi pro parte quā poſſidet. Et quod dixi in pupillo, habet locum etiam in impubere qui dolo curatoris omiſit ex teſtamento, & adiuuit ab inſtituto. Viuianus.

**b** Adquiſita eſt. dic ſecundum Ir. aut delinquendo, & in nihil tenetur pupillus: vt. C. vnde vi. l. meminerint. & de regu. iur. l. neque. aut cōtrahendo: & tunc inſolidum, etiam ſi non eſt ſoluendo tutor: vt. C. de euic. l. illud. & C. de iis qui. vt indig. l. Polla. adminiſtrare enim tenetur. aut mediū inter hoc: & obtinet quod hīc, & j. ne vis fiat ei. l. j. §. hoc edictum. Ir. Item facit. j. de doli except. l. apud. §. illa. & s. de tributo. l. iij. §. j. in maiore conſtat quòd tenetur inſolidum: vt. s. eo. l. ſi non totam. & l. j. §. penulti. Accuſius.

**C** Vi ſeruus. ] **CASVS.** Inſtitui mihi heredem Titium, & ab eo legata reliqui, & eidem Titio ſubſtitui Stichū ſeruū ſuum: & ab eodē Sticho legata reliqui ſimiliter, & deceſſi, & poſtea Titius omiſit inſtitutionē ſuam, & iuſſit ſeruū ſuum adire ex ſubſtitutione: & hoc ideo fecit, quia nolebat præſtare legata à ſe relicta. Certè dicitur hīc quòd vtraque legata præſtabit, ſcilicet & relicta à ſe, & relicta à ſeruo ſuo. detrahet tamen Falcidiam de legatis, ſi ſunt vltra dodrantem. Viuianus.

**c** Cui. ſcilicet inſtituto.

**d** Ipius. inſtituti.

**e** Legata. à ſe relicta.

**f** Et quā heres eſt. ſ. ex ſubſtitutione, præſtat à ſubſtituto data.

**g** Cauſa teſtamenti. in quo erat inſtitutus: & ideo tenetur ad relicta à ſe ac ſi ex teſtamento adiiſſet.

**h** ſalua Falcidia. ex legatis à ſeruo relictis. ſic non obſtat. j. l. proxi. vel aliter. i. ſalua Falcidia quā detrahit nomine ſerui. Hu. & facit. s. eo. l. duo. §. ſina. & C. eo. l. ſina.

**I**ulianus. ] **CASVS.** Inſtitui mihi heredem Titium, & ſubſtitui ei filiam ſuam: & ab eo ſolo legata reliqui: & ipſe omiſit ſuam inſtitutionem, & filiā ex ſubſtitutione iuſſit adire. certè præſtabit legata à ſe relicta. & eſt ratio: quia filiam videor patri ſubſtituiſſe in vno caſu tantum. ſ. cum pater nollet adire vel non poſſet ex inſtitutione vel ex ſubſtitutione. non autē videor dediſſe arbitrium patri vtrū adeat ex inſtitutione vel ex ſubſtitutione. vnde ſi noluit pater adire ex inſtitutione, & hoc fecit ad hoc tantū vt fraudaret legatarios quibus ego ab eo legauī: meritò tenetur ad præſtanda ei legata: detrahet tamen de his Falcidiam, ſi ſunt vltra dodrantē: vt dictum eſt in l. præcedenti. Sed quid ſi in prædicto caſu reliqui vltra dodrantem legata ab eo & à filia? Certè de vtriſque debet ff. Infort.

detrahi Falcidia: prius tamen debet haberi ratio eorum legatorum quæ à filia ſua reliqui, ſcilicet vt ſi detracta de eis Falcidia remaneat quarta apud eum Titium heredē, ſoluere debeat integra legata à ſe relicta: & eſt hoc propter dolum ipſius Titij. non enim videtur carere dolo ipſe Titius pater, qui omiſſo proprio honore. i. inſtitutione, maluit inſtitutionē filiæ propter ſuum cōpendium. Sed quid econtra ſi inſtitui filiā Titij, & ſubſtitui ei patrē: & cum poſſet Titius adire ex inſtitutione filiæ, adiuuit ex ſua ſubſtitutione? Certè nihil videtur dolo facere: & ideo legata à filia relicta non præſtabit. & eſt ratio, quia hoc caſu videor reliquiſſe patri arbitrium vtrum adeat ex inſtitutione filiæ: an ex ſua ſubſtitutione. & eſt ratio huius rationis, quia nemo ſubſtituēs patrem filiæ, videtur ſubſtituere eundem patrem filiæ cōtra votū ipſius patris: quod votum eſt vt filia ei ſuperuiuat, & nō ipſe pater filiæ. & intelligas in hoc caſu vltimo talia legata me reliquiſſe à filia Titij quam inſtitui, quæ non videantur repetita à Titio quem ſubſtitui filiæ ſuæ: de quibus dixi j. de lega. j. l. licet. ſi autē viderentur repetita à patre, præſtaret ea pater ſiue omiſiſſet inſtitutionem filiæ dolo, ſiue nō.

cidia ei ſeruata.

**Qui omittit ex inſtitutione, & ſibi quærit ex ſubſtitutione, tenetur hoc edicto: niſi ſit ſubſtitutus filio ſuo: & relicta ex ſubſtitutione prius defalcantur. Bart.**

xxvi. PAPINIANVS libro ſextodecimo *Quæſtionum.*

**I**ulianus ſcribit, patrem i qui filiam ſibi ſubſtitutam iuſſit adire hereditatem: legata quæ ab ipſo data ſunt, ex ſententia edicti præſtaturum: quoniā filia patri ſubſtituitur in caſu, i non vt arbitrium eligendi relinquatur. Sed ſi varia legata ſupra dodrantem data ſunt: eorum prius rationem habendam, quæ à filia relicta ſunt. Non enim caret dolo pater, qui honore proprio omiſſo, propter cōpendium alienam inſtitutionem maluit. Denique ſi filiæ pater ſubſtitutus adit hereditatem, nihil eum dolo facere Iulianus exiſtimat: quia nemo filiæ patrē contra votum parentum ſubſtituere videtur, ſed vt arbitrium eligendi relinquat.

xxvii. IDEM libro ſexto *Reſponſorum.*

**M**ater ſecundis tabulis impuberi filio ſubſtituta, lo-

tuta fuit: vt ſi pater nollet vel nō poſſet eſſe heres ipſa eſſet ſubſtituta: non autem vt pater habeat electionē, an velit eſſe heres per ſe, vel per filiam. id eſt per inſtitutionem vel ſubſtitutionem.

**m** Data. id eſt aliqua à patre, & alia à filia: & ſi omnia ſoluantur, excedent dodrantem.

**n** Prius. quantum ad hoc vt ex eis Falcidia detrahatur: ſed de relictis a patre nō detrahatur. ſed quantum ad ſolutionem faciendam prius eſt habenda ratio relictorum à patre. i. prius ea debent ſolui. & hoc eſt quod dicitur. j. ad legem Falci. l. Nefennius. §. penult. Item contra. s. l. proxi. Solu. ibi. Hu.

**o** Non enim. meritò pater ex edicto tenetur: non enim caret &c.

**p** Honore. id eſt inſtitutione qua fuit honoratus pater.

**q** Cōpendium. ſcilicet non præſtandorum legatorum à ſe patre relictorum. Accuſius.

**r** Inſtitutionem. id eſt ſubſtitutionem.

**f** Denique. bene inferit, deniq; &c. cum enim puniatur, vt dixi, tūc demum cum proprium omittat honorem: ergo vbi non omittit, non tenetur. vbi autem omiſit inſtitutionem filij, ſuum honorem nō dimiſit, ſed filio habitū. j. de lega. præſtan. l. iij. §. hoc autē ſolum.

**t** Adit. ex ſubſtitutione. Azo.

**u** Votum. Natura enim ita ordinauit, q̄ liberi parētib; ſecūdem ſuum votū ſuccedant: & ideo teſtator videtur patrē ſubſtituiſſe, vt haberet arbitriū ad eū ex quo vellet. ſi autē teſtator intellexiſſet q̄ tunc demū pater admitteretur, ſi filia nō eſſet heres: videretur ſentire quòd pater poſt filiā remaneret: quod eſt cōtra votū parentū: vt. j. vnde liberi. l. ſcripto. in fine. & ſic not. quòd ppter naturā aliter hīc ſtatuitur quā ſuperiori caſu. ſic. j. de cōdi. & demō. l. cum tale. & no. hac. l. honore lucro præferendū. idē de voto parētum. Honor lu-

**M**ater. ] **CASVS.** Filium meum impuberem inſtitui mihi heredem: & matrem ſuam ei pupillariter ſubſtitui, & ab ea legata reliqui, & deceſſi: & poſtea impubes deceſſit in pupillari ætate: mater autem noluit ei ſuccedere ex ſubſtitutione: ſed ab inſtituto cōpit eius hereditatem poſſidere. certè tenebitur legata præ-



stare. & idem esset si eam matrem dedissem coheredē dicto filio: & eam ei substituisssem pupillariter. [IN SENTENTIAM.] Titius frater meus instituit sibi heredem filium suum impuberē nomine Seium: & ei pupillariter substituit filium meū sub cōditione, si à me fuerit emancipatus intra decem dies post mortem suā testatoris: & à dicto meo filio legata reliquit in substitutione: & postea decessit dictus Titius: & postea ego nō emancipavi dictū meum filiū intra dictum terminū: & ita feci deficere conditionē substitutionis: & postea cōpē possidere bona fratris mei ab intestato propter dictū meum filium. nunquid teneor pręstare dicta legata à filio meo in substitutione relicta? Et dicitur q̄ non. potestas enim patria quā habebam in dictū meum filium substitutū filio fratris mei sub conditione si eum emanciparem, est inestimabilis. [IN EVM QVI TESTAMENTO.] Institui mihi heredes Titium & Seiū, & legata ab eis reliqui: venit Gaius, & iniuit fraudis cōsiliū cum dictis meis heredibus, ita q̄ ipsi omiserunt ex testamento: & ipse cōpē possidere totam hereditatem ab intestato. certē dabitur contra eū actio legatorum non ex verbis, sed ex sententiā prętoris. Viuianus.

**a** Legitimam. per Terullianum.  
**b** Frater. testatoris.  
**c** Substitutum. sub cōditione si esset emancipatus intra decem dies.  
**d** Impuberi. filio fratris.  
**e** Sed ab intestato. defectā iam conditione, nō interim dū pender: vt. j. de regu. iur. l. quamdiu.  
**f** Per eum. filium. Sed nōne ipse pater pręcedit filium in gradu & sic in succedendo: sed dic & ipsum repudiassse. Item contra. s. eo. l. j. §. qui sub conditione. Sol. patria potestas inestimabilis est: vt. j. de legatis. j. l. filius familias. §. secundum vulgarem. & eodem modo soluitur. s. eo. l. si filius meus. Item contra. C. de inoffic. testa. l. filius. Sol. ibi nolebat accipere ex testamento, cum nō implera esset conditio: hęc ab intestato defecta conditione. & facit. j. de conditioni. & demonstra. l. si qui.  
**g** solus. secus si cum heredibus possideat: vt. s. eo. l. si non solus. in princ. an autem & omittens in subsidium teneatur? distingue, habeat pretium, vel non: vt. s. eo. l. licet.

**S**i seruum heredē institutū dominus qui ipse rogatus h fuerat fideicommissum pręstare, prius quam adire iuberet, vendiderit: pręstare id debet, cum per pretiū serui, hereditatis quoque æstimationem consequatur.

XXVIII. MARCIANVS libro quarto Fideicommissorum.

**S**i seruum heredē institutū dominus qui ipse rogatus h fuerat fideicommissum pręstare, prius quam adire iuberet, vendiderit: pręstare id debet, cum per pretiū serui, hereditatis quoque æstimationem consequatur.

**Fideicommissa vniuersalia cōpē seruantur hoc edictū salua Trebellianica. Bart.**

Institutus heres, & rogatus re-

cum edicto facit, si omisso testamento legitimam hereditatem filij possideat. Idem iuris erit & si filio heres data sit, & substituta.

**Qui non implet conditionem potestatiuā directā, & adit ab intestato: nō tenetur hoc edicto. B.**

In sententiā edicti propter legatorum causam frater b incidisse non videbatur, qui filium suū substitutum c impuberi d testamento fratris non emancipauit, sed ab intestato e per eum f bona possidere cōpē.

**Tertius possidens ab intestato tenetur hoc edicto si cum instituto participauit fraudem. Bart.**

In eum qui testamento scriptus heres nō fuit, si fraudis cōsilio cū heredibus scriptis participato legitimam hereditatem solus b possideat: actio legatorum ex sententiā prętoris dabitur.

**Qui habet pretiū, videtur habere hereditatem: ideo relicta à se pręstare tenetur. Bart.**

XXIX. VLPIANVS libro quinto Fideicommissorum.

numittere, erunt eius liberti? Et dicitur q̄ sic. Itē quid si dictus heres qui omisit ex testamento, non possidet hereditatē ab intestato, nec pro herede, nec pro possessore, sed possidet aliquo iusto titulo, puta pro emptore, vel pro dote, vel pro donato? nūquid potest cōueniri à legatariis? Et dicitur q̄ nō. & h. d. cū duab. ll. seq. Viuianus.

stituere hereditatē, si omissa causa testamenti legitimam hereditatem possideat: non dubiē vt legata ceteraq; fideicommissa, ita hereditatem quoque i restituere cōpellendus est: libertates quoq; tam directas quam fideicommissarias. k Sed si alienos seruos rogatus sit manumittere, vtique redimere eos debet. l eā autē decessione m patietur is cui restituta fuerit hereditas, n quam is qui ei restituerit, passurus fuit.

**Per hoc edictū conseruātur libertates saluo iure patronat. B.**

XXX. VLPIANVS libro quinto Fideicommissorum.

**Q**ui omissa causa testamenti ab intestato possidet hereditatē, seruos ad libertatē perducere debet: ne eis o factū noccat eius qui ex testamento adire noluit: sic tamē, vt habeat libertos.

**Qui omisit ex testamento, & possidet aliquo iusto titulo inter viuos, non tenetur hoc edicto. B.**

XXXI. HERMOGENIANVS libro tertio Iuris Epitomarum.

**Q**ui omissa causa testamenti, p emptore, vel pro dote, vel pro donato, p siue alio quolibet titulo, exceptis pro herede, & pro possessore, possideat hereditatem: à legatariis & fideicommissariis non conuenitur.

**DE SENATVSCONSULTO Silaniano & Claudio: quorū testamenta ne aperiantur.**

TITVLVS V.

& j. de separa. l. j. §. ex cōtrario. & infra de regulis iuris l. nō debet.

**Q**ui omissa. Pro donato. qa est illi ab aliquo donata hereditas. secus autem si ex se lucratur etiam ab intestato: vt. s. eo. l. licet. in fin. & facit. s. eo. l. j. §. non quærimus.

**DE SENATVSCONSULTO Silaniano & c.**

Et hoc titu. punitur heres si adeat ante questionem habitam à familia. Incipit ab hoc titulo tractare de hereditate quæ vt indigno aufertur. Neque enim adiri posse hereditatem vel bonorum possessionem peti neque aperiri tabulas testamenti vel quodcumque aliud pertinet ad causam testamenti eius qui à familia necatus esse dicitur antequā publica questio habita sit de seruis qui sub eodē recto locōve fuerunt sumptumque supplicii de noxiis de que his qui auxiliū domino nō iulerūt. quod est s. C. Silaniano tēporis Augusti introductum & cōfirmatum s. C. Claudio, quod & Pisonianum & Neronianum dicitur, tēporis Neronis, & edicto prętoris, hac ratione ne heres propter cōpendium suū familie facinus occultaret. alioquin bona quasi indigno heredi eripi & publicari, si adierit cōtra quam s. Cōsultis & edicto cauetur, vel vltus non sit necem defuncti, & si tabulas aperuerit, recitauerit, descripserit vel ipse vel alius, ex eodem edicto in eum qui id fecerit dari. C. aureorum iudiciū quod populare est. Cuiac.

**U**m aliter. CASVS. Titius habēs familiam seruorum fuit interfectus vel à domesticis, vel ab extraneis, certē serui debent torqueri ad inquirendam veritatem: & si non dederūt auxiliū domino, debēt puniri capite. nulla enim domus esset tuta nisi talis pœna imponeretur seruis interfecti domini. & cōtinetur appellatiōe domini, ille qui habet solā pprietatē in seruis: non au-

**Rogatus. si autē seruus rogatus fuisset, directō ab emptore peti posset: hęc autem non potest: quia seruus rogatus nō fuit. Azo. & facit. j. de lega. j. l. planē. §. j. & l. cū filio. & de leg. ij. l. si alienus seruus.**

**Hereditatē quoque. videbatur enim q̄ hic cui hereditas restituēda erat, agere ex hoc edicto non posset: & quia alia via est ei consultum scilicet per Trebell. vt cogat heredem adire: vt. s. eo. l. si quis omissa. cum suis cōcor. & quia fideicommissarius loco heredis est: vt institu. de fideicommissa. heredit. §. restituta. & j. de reg. iur. l. in pari. §. j. & ad Trebell. l. j. in princ. heredi autem hoc edictum nō proficit: vt. s. eo. l. si in testamento. sed tamē secus est: quia non per omnia vt heres cēsetur, quia nec iura sepulchri habet: vt. j. ad Trebell. l. quia perinde. §. j.**

**Fideicommissarius loco heredis est.**

**Fideicommissarias. vt s. eo. l. de libertatibus. Redimere eos debet. & manumittere. Decessione. i. deminutionē propter predicta vel propter alia hereditaria onera. & facit ad legem Falc. l. filius familias. & C. e. l. ij.**

**Hereditas. per Trebellianum.**

**Qui omissa. Ne eis. scilicet seruis: vt s. de alie. iudi. l. j. in princ. & si quis cau. l. ij. §. post.**

**Huius senatuscōsulti meminit Corne. Tacitus lib. 14.**

Patria potestas inestimabilis est.



non autem ille qui possidet seruū alienum bona fide, nec ille qui vsumf. solum habet in seruo. Sed si dedit seruū pignori, habetur dominus ille qui obligauit. Sed & si ab eo qui instituit illū qui modo est interfectus, heredes, sit legatus seruus alicui sub cōd. pendēte cōditiōe loco domini est ille qui nō est interfectus. & idē est si data sit seruo libertas

sub condi. secus autē in eo seruo cui data est fideicommissaria libertas: nisi ipse seruus fuisse particeps sceleris: quia tunc bene torqueretur. Item cōtinetur appellatione domini ille qui pro parte est dominus, & filius & alij liberi illius cui est seruus: siue sint in potestate, siue non. idē est si essent adoptiui. secus autem si essent dati alij in adoptionē. Item secus in alumno illius cuius est seruus: quia in eis nō habet locum senatusconsultum. Item filio occiso nō habetur quæstio de seruis matris. Sed pone quōd pater meus fecit testamētum, & instituit me heredem: & seruos suos quosdā purē legauit vel manumisit: & postea fuit ab hostibus captus: & eo existēte apud hostes ego fui occisus. nūquid torquebuntur dicti serui? Et videtur quod nō: quia pater meus videtur mortuus prima hora captiuitatis: & ita videtur quod ego sum eius heres: & ita videtur quod dicti serui sint liberi, vel sint illius cui legati fuerūt. Et ita videtur quod tempore quo fui occisus, ipsi nō fuerunt mei. dicitur tamen hīc quod bene debent torqueri: quia ego nō sum adhuc heres patris mei: cum ipse adhuc viuat apud hostes. sed & si dictus meus pater sit mortuus apud hostes, & ego filius ab eo emancipatus sum occisus antequā ei heres existā, idē erit dicendū, scilicet vt dicti serui tor

queantur. quamuis enim si nō esset occisus, dicti serui non essent mei futuri ex eo quod ego essem heres patris mei, sicque recta via trāsiuissent ad eū cui pater meus eos pure legauerat, vel essent liberi cum pater meus dedit eis libertatē pure, sicque nō deberēt torqueri propter mortē meam: tamē ex quo occisus fui ante aditā a me hereditatē, remanserūt serui in hereditate: & ita debēt torqueri. Scias etiā quod patre meo occiso serui mei castrēsis peculij torqueri debēt, siue eram in potestate dicti mei patris, siue non. Item & si ego sum occisus, serui vxoris meae & foceri mei debent torqueri. & idē est econtra vxore mea occisa. h. d. vsque ad §. occisorum. Viuianus.

a Cum aliter nulla domus. quæ debet esse tutissimum cuique refugium: vt. §. de in ius voc. l. plerique.

b Capitulis. vt. §. eo. §. potuisse.

c A domesticis. i. iis qui sunt de familia. Nam vt ait Boethius: Nulla pestis efficacior est ad nocendum quā familiaris inimicus.

d Necatorum. scilicet nomine. & dic torqueri a familiam nomine necati, scilicet a quocunque: vt supra proxi. Vel dic: sit quæstio, scilicet familiaris, id est tormenta ad eruendum veritatem nomine necati a familia. & subaudi, vel ab alio necati: vt patet supra proximē, & in sequentibus. non dicas vt alius qui non sit de familia torff. Infort.

I. VLP IANVS libro quinquagesimo ad Edictum.



Utrum aliter nulla domus a tuta esse possit, nisi periculo capitis b sui custodia domini tam ab domesticis c quā ab extraneis præstare serui cogatur: ideo senatusconsulta introducta sunt de publica quæstione à familia necatorum d habenda. Domini appellatione cōtinetur, qui habet proprietatem, et si vsumfructus alienus sit. e Qui seruū bona fide possedit, domini appellatione non continebitur: nec qui vsumfructum solum habuit. Seruus pignori datus, quod attinet ad debitoris necem, per omnia perinde habetur, atque si pignori datus nō esset. f Serui appellatione etiā hi cōtinentur, qui sub cōditiōe legati sunt. nam medio tempore heredis sunt: g nec quōd cōditiō existēs efficit vt desinant esse heredis, facit ne videantur interim eius esse. Idemque erit dicendū in statulibero. Sed in eo cui fideicommissa libertas purē debetur, existat rescriptum diui Pij ad Iubentiū Sabinum, quo ostenditur nō esse festinandum ad tormenta eius cui fideicommissa libertas debetur. Et magis est ne puniatur h ob hoc quōd sub eodem tecto fuit: nisi particeps sceleris fuerit. Domini appellatione etiā pro parte dominū i contineri dicendum est. Domini appellatione & filius familias ceterique liberi qui in potestate sunt, continentur. k Senatusconsultū enim Silianū non solum ad patres familias, ve-

queatur: vt infra ea. l. §. in eo. & §. de matris.

A c Alienus sit. ad hoc. §. de lega. iij. l. si quis suos. & §. de acquiren. heredi. l. si quis mihi bona. in princ. & infra de iniur. l. item apud. §. si vsumfructum. & supra qui satisda. cogan. l. sciendum. §. ij. & iij. & supra de relig. l. ij. §. j. Sed argumen. contra supra de rebus eorum. l. magis. §. j. & §. de adult. l. si postulata. §. de eo. & §. de leg. iij. si quis suos. & §. de noxa. l. quoties. §. j. A D D I T I O. Dic quōd bonæ fidei possessor habetur loco domini: vt ipse vel heres eius nō possint dicere se nō dominū, nec alius cuius interest, donec cōtrariū probetur: vt. l. quidā in suo. in fi. de cōdi. insti. & l. Titia. §. de solu. & ita loquuntur ista contraria: sed postquā detegeretur ab alio quod nō sit dominus, loco domini nō habetur. & ita loquitur hīc, secundum Bart.

rūm ad liberos quoque pertinet. Quid deinde dicemus si liberi non sint in potestate? Marcellus libro duodecimo Digestorū dubitat. Ego puto plenius accipiendum, vt etiā ad eos liberos pertineat, qui in potestate l non sunt.

In eo m qui est in adoptionem datus, n non putamus locum habere senatusconsultum, o quamuis in adoptato p locum habet. Sed nec in alumno occiso locus est senatusconsulto. De matris seruis, filio filiæ occisis, quæstio non habebitur. q Si pater ab hostibus captus sit, quæstionem de seruis habendam & supplicium filio occiso, eleganter Scæuola ait: quod etiam post mortē patris probat, r si antequā ei suus heres existat occisus fuerit. Idē Scæuola ait constantius f defendendum, herede instituto t filio, de his quæstionē habendam & supplicium, qui pure legati vel manumissi sunt, ante aditā hereditatē filio occiso. quamuis enim si viueret, herede eo existēte u ipsius nō essent futuri: x attamē ubi decessit, qua extinctū legatum & libertas est, senatusconsulto fore locū dicit. Si pater necatus sit, an de seruis filij quæstio habeatur, si fortē [in] castrēsi peculio seruos habuit? Et magis est quæstionē de seruis filij habendam, suppliciumque sumendum: licet non sit in potestate y filius. Si vir aut vxor occisi esse proponatur, de seruis eorum quæstio habetur: quanquam neque viri serui propriè vxoris z dicatur, neque vxoris a propriè viri: b sed quia commixta familia est, & vna domus c est, ita vindicandum

n Datus. à me alij.

o Senatusconsultum. vt mei serui torqueantur tāquā sui, & puniantur.

p In adoptato. à me occiso scilicet.

q Non habebitur. quia filius est de patris & non de matris familia: b vt instit. de legi. agna. tutel. §. j. non autem est hīc, quia filium in potestate esse oportet: vt supra eo. §. quid deinde dicemus. & facit. C. de adult. l. verba.

r Probat. Scæuola. mouebat hīc quæstionem secundum R. illud quōd patre capto filius pro certo nondum erat heres.

f Constantius. ergo quod dixi, mouebat quæstionem secundum R.

t Instituto filio. emancipato. suus enim statim esset heres: unde serui utpote liberi non torquentur: vt. §. ea. l. §. in eo. Azo.

u Existente. id est adita hereditate animo.

x Futuri. §. de fur. l. à Titio.

y Licet non sit in potestate. idem econtra: vt. §. eo. §. domini appellatione etiā filius.

z Vxor. scilicet serui.

a Neque vxoris. scilicet serui.

b Viri. scilicet serui dicantur.

c Vna domus. No. ergo vnam domum esse viri & vxoris, & vnam

rum. l. magis. §. j. & §. de adult. l. si postulata. §. de eo. & §. de leg. iij. si quis suos. & §. de noxa. l. quoties. §. j. A D D I T I O. Dic quōd bonæ fidei possessor habetur loco domini: vt ipse vel heres eius nō possint dicere se nō dominū, nec alius cuius interest, donec cōtrariū probetur: vt. l. quidā in suo. in fi. de cōdi. insti. & l. Titia. §. de solu. & ita loquuntur ista contraria: sed postquā detegeretur ab alio quod nō sit dominus, loco domini nō habetur. & ita loquitur hīc, secundum Bart.

f Datus non esset. sic. §. qui satisda. cogā. l. sciendum. §. creditor.

g Heredis sunt. vt. §. fam. l. erc. post litē. §. res quæ. Sed argu. contra. §. ad legem Falc. l. in ratione. §. j. A D D I T I O. Dic secundum Barto. quod ibi verē nulla est fictio: vt per eundem in. l. si is qui pro emptore. infra de vlt. cap.

h Ne puniatur. s. capite. & facit. C. de quæstio. l. nec si mors. & §. l. iij. §. de his quoque. & §. de here. instit. l. si seruo fideicommissa.

i Pro parte dominum. sic §. de ritu nuptia. l. illud. & §. ad legē Falcid. statuliber.

k Cōtinentur. in his de. est sola administratio: vt. §. de lib. & postu. l. in suis. & facit. §. eo. l. si pater. & l. si exheredatus.

l In potestate. nec enim repellī nō potest: vt instit. de hered. ab intesta. §. eadem. & facit. §. tit. j. l. j. §. j.

m In eo. occiso.

b] Limitabis hanc glo & suas cōcor. per tex. in. l. nati. C. de dec. lib. 10. f. vt non procedat si mater est ex nobili familia pater verò ex vili: de quo in. l. filios. C. de munic. & orig. lib. 10.



Maritus an possit pro vxore testificari, & e contra.

familiam esse. & sic est argu. quod vnus non possit esse testis pro alio: vt C. de testib. l. etiam. & sic est supra rerum amo. l. j. & C. de adult. l. verba. & supra qui fatid. cogan. l. sciendum. §. si fundum. & supra si quis cau. sed & si quis. §. praterea & de iudi. l. interdum. & C. de cri. expil. hered. l. aduersus. & supra de ritu nuptia. l. j. Sed argum. contra infra de quaestio. l. j. §. seruū mariti. **ADDITIO.** Dic secundum Bartolum hūc quod seruus non torquetur contra vxorem. vt ibi, quia quodammodo est domina: sed pro morte vxoris sic: vt hūc eadē ratione. & sic concordat.

**Occisorum.] CASVS.** Vsq̄ huc dictum est quib⁹ casibus serui debeant torqueri pro domino occiso. nunc vult dicere qui continētur appellatione occisorum. Et dicitur quod illi qui sunt interfecti per vim aut cædem. & de his ponit exempla. si autem nō per vim sunt occisi: non continētur occisorum appellatione quantum ad hoc vt serui torqueantur: puta si veneno sunt extincti. & est ratio plana in litera. In casu tamē bene torquerētur etiam tūc, puta si venenū fuit eis infusum per vim. Sed quid si quidā extranei dederunt venenum domino clam, & non per vim: & serui aliqui fuerunt de hoc conscij vel fautores? nunquid illi debent supplicio affici? Et dicitur quod sic. licet enim non debeant torqueri eo quod clam datum fuit venenū, illi qui non fuerunt conscij vel fautores, vt dictum est: tamē factum consciorum & fautorū nō debet esse impunitum. & in hoc casu possunt aperiri tabulæ testamenti illius qui est occisus: & hereditas eius adiri ante quaestionem habitam de dictis seruis conscjis vel fautoribus: & postmodum possunt torqueri, & supplicio affici: quamuis si dominus fuisset occisus palam à familia, vel ab alio, deberent serui prius torqueri, quàm heres adeat hereditatem. Sed si dominus occidit se tædio vitæ, vel impatentia doloris, & serui potuerunt prohibere: debent certē pœna affici. si autem non potuerūt prohibere, liberati sunt. & eo casu dictus casus mortis non impedit testamentum eius aperiri & recitari: licet impediretur aperiri & recitari si metu criminis imminētis se occidisset dominus. Item scire debes non haberi de familia quaestionem, nisi constet dominum occisum: & appellatione quaestionis continentur non tantum tormenta, sed etiam omnem inquisitionem & defensionem mortis accipimus contineri. h. d. vsque ad. §. hoc autem senatus. Viuianus.

**a Necatum.** facit. §. ad leg. Aquil. l. si seruus seruū. §. huius legis. & §. si is. & §. si quis igitur. & §. de libe. agno. l. necare.

**b Punienti sunt.** capite: vt. j. ca. l. §. potuisse.

**c Potuerunt.** hoc expone vt infra. §. potuisse. & facit. §. loca. l. item

atque in propriis seruis, senatus censuit. Sed neque vxore occisa, neque marito, de seruis foci quaestionem habendam senatus censuit. Marcellus autem libro duodecimo Digestorum, etiam in foci seruis idem quod in marito, rectē dixit.

**Non tenentur serui de morte domini si ei opem ferre non potuerunt. Bartolus.**

Occisorū appellatione eos contineri Labeo scribit, qui per vim aut cædem sunt interfecti: vtputa iugulatum, strangulatum, præcipitatum, vel saxo vel fuste vel lapide percussum, vel quo alio telo necatum. Quod si quis puta veneno, vel etiam quo alio quod clam necare soleat, interemptus sit: ad hoc senatusconsultum vindicta mortis eius non pertinebit. hoc idcirco, quia totiens puniendi sunt serui quia auxilium domino non tulerunt, quotiens potuerunt ei aduersus vim opem ferre, & non tulerunt. cæterum quid potuerunt facere aduersus eos qui veneno, vel quo alio more insidiantur? Planē si venenum per vim infusum sit: senatusconsultum locum habet. Vbicumque igitur vis adhibita est quæ interimere solet, ibi dicendum est locū senatusconsulto fore. Quid ergo si dominus veneno, non per vim necatus esse proponatur? impunitum erit factum? Nullo modo. Licet enim cessat senatusconsultum Silanianum, nec quaestio suppliciumque de his qui sub eodem tecto fuerunt, habeatur: tamen si qui conscij vel fautores sceleris fuerunt, hi demum supplicio adficiuntur: & adiri hereditas, aperiri que tabulæ etiam

quaeritur. §. exercitu. & l. si quis fundum. §. fin.

**d Necatus.** non à familia: & sic potest adiri hereditas ante vindictam: vt hūc subiicit, & infra eod. necessarios. §. fin. & l. propter veneni. in princ. & C. eod. l. cum fratrem. secus si à familia: vt infra. l. iij. §. quod ad causam. & §. fina. & l. sequi. & l. necessarios. in princ. quæ est contra.

ante quaestionem habitam possunt.

Si sibi manus quis intulit, senatusconsulto quidem Siliano locus non est: sed mors eius vindicatur: scilicet vt si in conspectu seruorum hoc fecit, potueruntque eum in se scruientem prohibere, pœna adficiantur: si verò non potuerunt, liberentur. Si quis non metu criminis imminētis, sed tædio vitæ, vel impatentia doloris sibi manus intulit: eius testamentum aperiri & recitari mortis casus non impedit. Item illud sciendum est, nisi constet aliquid esse occisum, non haberi de familia quaestionem. Liquere igitur debet scelere interemptū, vt senatusconsulto locus sit.

Quaestionem autem sic accipimus, non tormenta tantum, sed omnem inquisitionem & defensionem mortis. Hoc autem senatusconsultum eos quidem qui sub eodem tecto fuerunt, omnimodo ponit: eos verò qui non sub eodem tecto, sed in eadem regione, non aliter, nisi conscij fuissent. Eodem autem tecto, qualiter accipiatur, videamus vtrum intra eosdem parietes, an & ultra intra eandem dietam, vel cubiculum, vel eadem domum, vel eosdem hortos, vel totam villam. Et ait Sextus sic esse sæpe iudicatum, vt quicumque eo loci fuerunt, vnde vocem exaudire potuerunt: hi puniantur, quasi sub eodem tecto fuerint: licet alij validioris vocis, alij exiguioris sint, nec omnes vndique exaudiri possint. Iuxta hoc tamen videtur & diuus Hadrianus rescripsisse in hæc verba: Serui quotiens dominis suis auxilium ferre possunt, non de-

**e** dam domini habeant validiorem vocem, & quidam exiguiorem. & si serui possunt iuare dominum aliquo modo, non debent eorum salutem præponere salutem domini. vnde non excusatur seruus vel ancilla si dicat, & etiam verum sit, percussorem minatum ei si proclamaret ipse seruus vel ancilla. & hoc casu debet pati serui vltimum supplicium. ei ergo seruo non paritur qui fuit in eodem cōclauo cum domino cum occideretur: nec ei qui timuit mori pro salute domini: nec ei qui non proclamauit cum occideretur dominus. ille tamen seruus nō punitur qui tempore mortis domini erat ita longe quod exaudiri non potuit. sed si dominus fuit in itinere occisus: sumendum est supplicium de illis seruis qui erant cum eo, vel non erant cum eo, quia aufugerunt: alij autem non puniuntur. hoc dicit vsque ad. §. impubes. Viuianus.

**l** Iudicatum. loquitur secundum ius: vt. C. eod. l. fina. & facit infra eod. l. cum dominus.

**c Conscij.** not. ex sola scientia eos teneri.

**f Locus non est.** quo ad tormenta.

**g pœna.** capitali: vt infra eod. §. potuisse. Azo. & facit ad hoc supra. §. cæterum. Item facit supra de pecu. sed si damnum. §. si ipse.

**h Tædio vitæ.** facit supra proxi. §. & Cod. qui testa. face. pos. l. ij.

**i Locus sit.** sed ego quaero, ad quid fiat hæc quaestio? Respond. ad inquirendam mortem defuncti: vt infra proxi. §. sed hæc quaestio nō fit nisi cum liquet eum scelere interfectum: vt hūc. Nunquid ergo sit quaestio semper quando liquet? Respond. liquere debet eum scelere defunctum, etsi persona ignoretur quæ fecerit. ad personam ergo declarandā fit quaestio: quæ ignorari potest etiam si cōstet eum scelere occisum. Azo. sed & de communi seruo habetur quaestio si vnus ex dominis non compareat: vt infra eod. l. & si percussor. §. si vnus. Item not. nō iri ad quaestionem nisi præcedant indicia: vt infra de quaestio. l. j. in princ.

**k Quaestionem.** facit infra de iniur. l. ite apud Labeonem. §. quaestionem. Accursius.

**Hoc autem senatusconsultum.** Si dominus fuit occisus, & serui sub eodem tecto cum domino existētes non dederunt ei auxilium, debent torqueri & puniri: alij autem serui non, nisi fuerunt conscij. Sed qualiter intelligis tu idē tectum? Respon. si serui erāt ita prope dominū, quod vocē domini audire poterāt: licet qui-

**Memoria.** bilia in hæc sententiam exempla refert Valerius Maxi. li. 6. c. 8. de fide seruorum erga dominos.

saluti eorum.



2 *saluti eorum*. scilicet dominorum. sui enim iuris non sunt serui: nec salus eorum ab eis est, sed à dominis hoc iure: vt institut. de iis qui sunt sui vel alieni iuris. §. j. & not. argum. contra vassallos. Accursius.

b *Hoc ipso*. id est, hoc argumento. Accursius.

c *Quod dixit*. al. quod. & subaudi, nec prodest ancillæ quod dixit, &c. Accursius.

† Flo. rei. *Vel in hoc*. id est in eū finem, ne, &c. aliàs, vel hoc, scilicet mācipium: & vel, pro saltem: vel, p etiā. Et not. quod quis patitur suppliciu in exemplū. sic. C. ad leg. Iul. repetun. l. j. Accursius.

† Flo. ipsum *Multa*. quia tria: aliàs duo dicuntur multa: vt institut. de iure persona. §. fina. Accursius.

† Flo. vti que. *Vel voce*. vel, pro saltem. Accursius.

g *Plus quam iniquum*. vt infra proxi. §. & C. de adult. l. in adulterij. Sed contra. j. qui & à quib. l. prospexit. Sol. ibi de stricto iure: hinc de æquitate quæ præualet: vt. C. de iudi. l. placuit. Vel dic vt in dicta. l. in adulterij. Accursius.

h *Cum dominus in itinere*. sic. §. proxi. §. Accursius.

*Impubes seruus*. ] CASVS.

Si dñs sit occisus ab aliquo extraneo, & serui non tulerūt ei auxilium: capite puniuntur, & etiam torquētur vt dictū est. Certè istud fallit in impuberib⁹ seruis & ancillis: & in his etiam puberib⁹ seruis, qui auxilium dño tulerūt sine dolo malo. si autem finxerūt auxiliū ferre domino, & nō tulerunt: non excusantur. & ille sine dolo videtur auxilium tulisse domino, qui saluauit eū. sed & si non saluauit, imò est mortuus dñs, seruus tamen iuuit eum quantum potuit: videtur ei auxilium tulisse, & sic non punitur: & de hoc ponit plana exēpla vsque ad. §. si dominus. Viuianus.

i *Ætas enim*. si sit minor: vt & C. si aduersus delic. l. j. & etiā maior: vt infra eo. l. iij. §. ignoscitur. & C. qui æta. lib. x. l. j. & adde quod est. j. eo. l. excipiuntur.

k *Supplicio*. id est, in pœna capitis. Accursius.

l *Questione*. pro eruenda veritate. Accursius.

m *Et aliàs*. cum de adulterio quæstio habetur, secundum quosdā. & facit infra de quæstio. l. ex libero. §. de minore. & l. de minore. Accursius.

n *Ferula*. sic. C. de cur. publ. l. j.

o *Dicis gratia*. hoc est perfunctoriè, aut defunctoriè. Antonius Augusti. Emendationum lib. ij. cap. ij.

p *Tulit*. id est, dixit se dolere. aliàs iudicis gratia tulit: id est, distulit faciendam vindictam per iudicem.

q *Atque*. id est, sicut.

r *Parci eis*. scilicet si debilitati per vulnera non iuuerunt postea dominum. Accursius.

si dominus. ] CASVS. Dominus quorūdam seruorum fuit à quibusdam mortiferè vulneratus: vixit tamen postea aliquot diebus,

re, vel dicis gratia tulit: nihil hoc commentū ei proderit. Tulisse autem auxilium non tantum is videtur qui seruauit dominū, hoc est, qui potuit ita opem ferre, vt saluus esset domin⁹: verum is quoque qui quidquid potuit fecit, tametsi dominus interfectus est: veluti si quis clamauit, vt ad auxilium conueniretur: aut teruit adgressores, atque si quis turbam conuocauit: aut si corpus suum obiecit, vel aliàs corpore suo auxilium tulit. Non tamen semper qui clamore vsus est, auxiliū tulisse videtur. Quid enim si cum posset manu depellere à domino periculum, ille clamorē inanem elegit? Plectēdus utique erit. Quid si vulnerati sint serui cum protegerent dominum? Dicendum est parci eis debere: nisi si aut ipsi sibi vulnera ista fecerunt data opera, ne punirentur: aut talia vulnera isti acceperunt, vt possent nihilominus opem ferre si voluissent. Si dominus mortiferè vulneratus superuixerit, nec de quoquam seruorum conquestus sit: etiam si sub eodem tecto fuerunt, tamen parcendum illis erit.

**Dominus percussus potest purgare innocentiam seruorum suorum. Bartolus.**

II. CALLISTRATVS libro quinto de Cognitionibus.

Diuus Marcus Commodus Pisoni rescripsit in hæc verba: Cum constiterit apud te Piso charissime, Iuliū Donatū postea quam conterritus aduentu latronum profugerat [in] villam suā, vulneratum esse: mox testamento facto purgasse officium seruorū suorum: nec pietas pro seruis, nec sollicitudo heredis obtinere debet, vt ad pœnam vocentur, quos absoluit dominus ipse.

**Ad impossibile nemo obligatur.**

dominam serui, & non exaudiuit hoc seruus. secus si exaudiuisset, & opem non tulisset: quia tunc bene puniretur: nisi in vno casu, puta si maritus occidit vxorem in adulterio deprehensam: quia tunc non punitur seruus si non tulit ei opem. Item non punitur seruus si cum omnes domini sui aggressuram paterentur, & ipse omnibus simul non potuit auxilium ferre, tulit quibusdam. secus si potuisset omnibus ferre opem: & tulit tantum quibusdam. Item non punitur seruus si tempore cædis domini sui vel dominæ ita erat clausus sine suo dolo malo, vt nō potuerit erumpere causa succur-

& non fuit conquestus de aliquo seruorum quod non dederūt auxilium ei. nunquid amodo torquebuntur, vel vltimo supplicio afficientur: Et dicitur q non: & multo magis non punientur si dominus in testamento suo dixit expressè q serui exercuerunt bene officium suum in iuuando eum. & hoc dicit cū lege sequēti. Viuianus.

**L**egata inutiliter data Papinianus putat libro quæstionum confirmari per repetitionem, id est per hanc scripturam postea fortè in codicillis factam, Hoc amplius ei heres meus dato. i & diuersum esse in illa scriptura, Quas pecunias k legauit, quibus dies adpositus non est, annua bima trima die heres meus dare damnas esto. non enim hoc egisse testatorem, vt confirmaret quæ inutilia sunt, sed vt diem vtilibus prorogaret. Idem eodem loco & in substituto impuberis i scripsit: vt si fuerit ab impubere inutiliter legatum, substitutus hoc debeat, si hoc amplius + legatum ab eo sit relictum aliquid, nec ille patri heres extiterit, & + decesserit. m

**C** Si partes non adiciantur in legato, intelliguntur æquæ. Bartolus.

In legato pluribus relicto si partes adiectæ non sunt, æquæ seruantur. n

Si legatur incertum de certis, legatarij est electio. Bartolus.

XX. POMPONIUS libro quinto ad sabinum.

tor instituto filio impubere reliquit legatum fundi inutiliter, & dedit ei substitutum: scilicet si heres non esset: & ab eodem substituto reliquit his verbis, hoc amplius Titio lego centum: videtur repetere legatum fundi, & confirmare. Accursius.

**h** Inutiliter. propter defectum solennitatis, vel quia per inepta verba: secus si propter personam vel legatarij, quia non capax: vel rei, quia legari non possit: vt infra eod. l. apud. §. fina. & facit infra eod. l. si quis à filio. in princi. & l. seruo alieno. §. penult. & infra titu. ij. l. si purè. & l. si sic. & argu. supra de testamen. mil. l. tribunus. §. finali.

**i** Dato. scilicet decem.

**k** Quas pecunias. quia plura legata reliquit, & in vno decem, & in altero alia. x. & sic de singulis: quorum legatorum quædam vtilia, quædam inutilia.

**l** Impuberis. exheredato secundum R. & secundum hoc dic idem quod in proximo casu: scilicet vt non valeat repetitio, vel verius institutio. & sic idem quod in primo casu. l. & dic inutiliter eodè modo quo & supra, non vt R. quod sit exheredatus. Ideo dico institutum, quia aliàs non potest relinqui etiam à substituto: vt. C. eod. l. cum quidam. & j. ad legem Falcidiam. l. qui fundum. §. qui filios. ibi, nec contrarium, & cætera. & infra titu. ij. l. fi. j. respon. & infra eo. l. planè. ij. respon.

**m** Et decesserit. & pro vel. nam vtroque casu admittitur substitutus, scilicet siue non sit heres, siue sit, & decedat impubes: & tenet repetitio quando inutiliter prius data fuerunt. aliàs si vtiliter, non tenet repetitio eo casu quo esset heres impubes: sed debeat substitutus tunc vt heres impuberis, non autem ex repetitione: vt infra eod. l. si fundum. §. si pater. & l. seruo alieno. §. sed si pater. & facit infra titu. ij. l. ij. & infra eod. l. si fundum. §. fina. & leg. sequen.

**n** Aequæ seruantur. etiam si vni sapius: vt. C. eod. l. cum quæstio. §. fin. Item hoc nisi aliud appareat ex voluntate testatoris expressa vel tacita: vt hic & supra de here. instit. l. quoties. §. heredes. & l. Titius. & l. interdum. & infra ad Trebell. l. quoties.

Titio ab impubere, & quod apparet inutile fore, nisi fuisset reperitum à substituto, debet prestare Titio dictus substitutus: & hoc propter verba testatoris, hoc amplius, & cætera. [IN LEGATO.] Titio & Mauiuo fundū reliqui nõ adiectis partibus. certè quilibet habet dimidiam. Viuia.

**g** Legata. testator in testamento minus solenni reliquit legatū fundi Titio, & sic inutiliter: vel fundus erat Titij, & sic non valet legatum. postea fecit codicillos, & eidem Titio sic legauit, Titio hoc amplius lego centum. certè per hoc quod dicit, hoc amplius, videtur legare iterum fundum, & sic confirmari, si tempore codicillorum fundus inuenitur alienus. Secundo dicit esse secus in hoc alio casu: testator inutiliter legauit fundum Titio pure, & postea eadè scriptura vel alia dixit: quæ legata pure reliqui, volo deberi post annū. nã non intelligitur confirmare tantū, sed etiam prorogare solutionem. Tertio adducit casum similem primo, si testator instituto filio impubere reliquit legatum fundi inutiliter, & dedit ei substitutum: scilicet si heres non esset: & ab eodem substituto reliquit his verbis, hoc amplius Titio lego centum: videtur repetere legatum fundi, & confirmare. Accursius.

+ Tu vide de hoc bonā glof. in l. i. §. hæc verba ff. si cui plus quā per leg. Fal. plenius in l. si seruus §. si ita scriptum. j. isto tit. + aut impubes decel.

\* Flo. mihi genitur re- dicit à verbo antiquo ge- no. vt. l. Si is qui duceta. §. vit. j. de reb. dub.



**Q**ui duos.] **CASVS.** Cum haberē duos seruos, legauit tibi vnū: nec apparet quem legauerim. certe legatarius debet eligere. voluntas enim testatoris nō est obscura hic, imō certum est quōd vnū de seruis suis legare voluit: & mentē suam nō retulit ad certū seruum: & ideo interpretatio heredis non est necessaria. Viuius.

**a** Vnum ex his. non nominādo proprio nomine, quia tunc heres eligeret: vt. j. eod. l. si quis à filio. §. si quis plures. & l. apud. §. Seio. quæ sunt contra.

**b** Legatarij. à principio etiam, secundum R. hoc herede differente eligere: vt. j. eod. l. huiusmodi. §. si cui. Sed ibi in genere: & nō erat aliquis seruus in familia. quod dic vt infra eod. l. legato generaliter. Item in seruitute legata quis eligat locum? dic vt not. s. de seruit. rustic. prædio. l. si via. Item contra infra eo. l. cum res. §. sed si Stichus. Sed ibi alternatiuē, hic vnum de seruis suis: cum duos tantum haberet. Item aliud in veditioe: vt. s. de actio. empt. l. penult. §. finali. contra. Solu. hic testator necessarium legatario videtur ei legare: sed certe & emptor emere. Sed dic fauore vltimæ voluntatis.

**g** Rege.] **CASVS.** Decem oues tibi legauit quas habebam in grege meo, & quæ gregem dicuntur face-

**c** Pertinent. etiam mora non intercedente: vt supra de vsur. l. equis. R. quinimo etiam viuo testatore: vt instit. eod. §. si grex. & s. eo. l. si ex toto. in princ. & facit. j. l. proxi.

**S**i grege.] **CASVS.** Aliquis legauit mihi gregem. si aliqua pecora de illo grege sunt mortua viuo testatore, & in locum mortuorum aliqua sunt substituta: certe nihilo minus habebit legatarius, quia idem grex videtur. Sed quid si deminutum esset vnum pecus de dicto grege decem ouium? certe nouem pecora habebit legatarius, quamuis nō sit grex, & gregem legauerit testator. Item si sunt nouem pecora vel boues deminuti de grege, & remansit vnus solus: nihilo minus vindicabit legatarius illum bouem vel pecus. Nā & si insula. id est parua domus legata sit, & postea combusta est, legatarius aream vindicabit. Viuius.

**d** Eundem gregem. vt infra de vsucap. l. rerum mixtura. §. fina. & s. de iudi. l. proponebatur. & facit infra titu. j. l. peculium. & supra. l. proxi. Accursius.

**e** Possit. supra quibus modis vsusfruct. amit. l. fina. contra. Solu. ibi in legato vsusfructus, hic proprietatis: & ille facilius extinguatur: vt in domo combusta: vt. j. proxi. & instit. de vsufu. §. fi.

**f** Desisset. imō non deest: vt. s. quōd cuiusque vniuer. l. sicut. §. fina. Solu. nomine durat, vt ibi: non re, vt hic. Vel ibi duo sunt, vniuersitas, & res eius. vnde licet ad vnum redeat, remanet in vno propter res. hic autem solus numerus.

**g** Possit vindicari. forte quia area insulæ pars est, & quidem maxima: vt. j. de solu. l. qui res. §. aream. Item contra infra eo. l. si ita legatum. §. fi. sed alius casus est. Accursius.

**S**i quis bonorum.] **CASVS.** Legauit Titio partem bonorum meorum, puta quartam: tenuit forte heres per tres menses vel quatuor antequam daret legatario: non tamen fuit in mora. certe non tenetur dare legatario fructus. & hoc dicit. Viuius.

**h** Hodie fit. id est consuetum est fieri. & sic no. partem bonorum posse legari: vt. j. ad Trebell. l. mulier. §. fi. & j. eod. l. non amplius. §. fin. & j. titu. j. l. si quis seruum. §. fi. & l. sequen. & s. de vulg. substit. l. cum ex filio.

**i** Restituitur. vt & supra de vsur. l. Paulus. & infra de ali. lega. l. cum vnus. §. verbis. & infra ad Trebell. l. in fideicommissariam. §. quo-

ties. hoc autem secundum Ioan. si non præsumatur testatorem contrarium voluisse ex legatarij affectione, vel verborum conceptione: vt supra de vsur. l. in fideicommissi. §. nonnunquam. & s. cum Pollidius. Et eodem modo responsum est ad. l. infra ad Trebell. l. Ballista. & de do. præleg. l. cum quis vxori. in fin. & infra titu. l. j. l. si ita relictum. §. Pegasus.

XXIII. PAVLVS libro tertio ad sabinum.

**S**i quis bonorum partem legauerit, vt hodie fit: sine fructibus restituitur, nisi mora intercesserit heredis.

**Quod futurum est, legari potest. Bartolus.**

XXIII. POMPONIVS libro quinto ad sabinum.

**Q**uod in rerum natura adhuc nō sit, legari posse, veluti, *Quidquid illa ancilla peperisset, constitit: vel ita, Ex vino quod in fundo meo natū est, vel foetū tātū dato.*

**In dubio videtur quis legare ius quod habet in re: licet eius morte sit perituum. Bartolus.**

Si vsusfructum habeam, eumque legauerim: nisi postea proprietatem eius nactus sim, inutile legatum est.

**Si res legata augeatur, legatum crescit. si deminuat, decrescit. Bartolus.**

Si quis post testamentum factum fundo Titiano legato partem aliquam adiecerit, quā fundi Titiani \* destinaret: id quod adiectum est, exigi à legatario

etionem prædictam tu legatarius vindicare? Dicitur quōd sic, siue dicta adiectio fundo Titiano fuit facta ex fundo qui pertinebat ad testatorem eo tempore quo testamentum fecit: siue ex eo quē postea acquisiuit: sicut & si aliquid per alluionem dicto fundo Titiano adiectum esset: quod quidem alluionis incrementum ad legatarium sine dubio pertinet. & idem est econtrario si aliquid ex dicto fundo Titiano detraxit testator: nam non debet ad legatarium pertinere. & est ratio vt dicit litera. [ET SI NAVEM.] Legauit tibi nauem: & postea eam totam destruxi particulariter, fundo nauis integro manente, qui appellatur hic carina, quasi currina, quia currit super aquam: & postea eam totam refeci. nunquid potest legatarius eam habere? Et videtur quōd non: quia non sunt iidem asseres: & tamen dicitur quōd sic: quia carina eadem permanet. Viuius.

**K** Non fit. sed speratur, per hoc quod dicit, adhuc. nec est conditionale tale legatum: vt. j. de condit. & demon. l. conditiones.

**L** Constitit. vt insti. eo. §. ea quoque. & j. tit. ij. etiam. & j. de condit. & demōst. l. j. in fine. & j. de annu. leg. l. legatū. §. vini. & s. de contrahen. emp. l. nec emptio. & de verb. oblig. l. inter stipulantem. §. pro quo. & l. interdum.

**M** Inutile. vt & C. eod. l. vxor patru. Sed cur non tenet vt rei alienæ, cum fuerit sciens: vt infra titu. ij. l. qui concubinam. §. fin. & de vsufu. leg. l. Stichus? Respon. quia errabat a credens posse legare, aliās non legaturus. vel dic vt not. d. l. vxor. Item si emit proprietatem, tenet relictum, vt hic. Sed op. de regula Catoniana: vt infra de regu. Caton. l. j. Respon. dies legati vsusfruct. cedit ab adita hereditate: vt C. de cadu. tollen. §. in nouissimo. & supra quando dies vsusfruct. le. ce. l. j. §. j. ergo Catoniana regula cessat: quia non habet locum nisi in legatis quorum dies cedit à morte testatoris: vt & infra de regu. Cato. l. iij. & in aliis casibus fallit: vt C. eo. l. j. & ij.

**N** A legatario. quasi heres est in hoc: vt infra de vsuca. l. ad tempus. §. j. & facit ad hoc & ad sequentia supra de pign. act. l. si conuenerit. §. si nulla. & supra de vsufu. l. si Titio. §. fina. & infra titu. ij. l. si cui. & l. sape. & l. si chorus. §. area. & infra de auro & argento leg. l. pediculis. §. fina. & supra eodem l. si ex toto. cum suis concord.

**Q**uod in rerum.] **CASVS.** Legauit tibi partem qui nascetur ex Arethusa ancilla mea, vel decem amphoras vini quod nasceretur in fundo meo Titiano: vel tres agnellos qui nascerentur ex pecudibus meis. nunquid valet legatum? Et dicitur quōd sic, quamuis partus Arethusæ, vel vinum ex fundo Titiano, vel agnelli prædicti non sint in rerum natura: quia sperantur esse.

[SI VSVMFRUCTUM.] In fundo Titiano habeo vsusfructum. eum vsusfructum legauit Sempromio. certe non valet legatum, nisi proprietatem fundi prædicti Titij acquiram ante mortem meam. quomodo enim possum alicui legare vsusfructum qui morte mea finitur? non certe.

[SI QVIS POST.] Legauit tibi fundum Titianum: & post testamentum factum aliquid dicto fundo adieci. nunquid potes adiectionem prædictam tu legatarius vindicare? Dicitur quōd sic, siue dicta adiectio fundo Titiano fuit facta ex fundo qui pertinebat ad testatorem eo tempore quo testamentum fecit: siue ex eo quē postea acquisiuit: sicut & si aliquid per alluionem dicto fundo Titiano adiectum esset: quod quidem alluionis incrementum ad legatarium sine dubio pertinet. & idem est econtrario si aliquid ex dicto fundo Titiano detraxit testator: nam non debet ad legatarium pertinere. & est ratio vt dicit litera. [ET SI NAVEM.] Legauit tibi nauem: & postea eam totam destruxi particulariter, fundo nauis integro manente, qui appellatur hic carina, quasi currina, quia currit super aquam: & postea eam totam refeci. nunquid potest legatarius eam habere? Et videtur quōd non: quia non sunt iidem asseres: & tamen dicitur quōd sic: quia carina eadem permanet. Viuius.

+ Facit ad hanc. l. cap. bonæ memoriæ. 2. cū gl. in verbo, & licet illi deliquerint. extra de elect.

\* erit vel factu.

\* fundo Titiano.

a) Quid Baldicat, vide in auth. ex causa. 8. coll. C. de li. præteritis.



**a** Et domus. pariete medio posito in domo, & fundo per regiones: vt supra commu. prædio. l. si quis duas. §. si quis partem. & infra eodem. l. plane. §. finali. & de verborum significatione. l. locus. & supra communi diu. l. communi diuidendo. §. j. Item not. quòd detractio est ademptionis loco. sic supra titu. ij. l. prædiis. per totum. & l. item. §. fina.

**b** Et specialiter meam. si enim simpliciter nauè legasset, secus esset: vt. j. eodem. l. si domus. in princip. in fundo secus. & est ratio vt not. supra de iure dot. l. cum post. §. gener. Et dic specialiter, id est proprio nomine.

**c** Adscripsero. in testamento. Accursius.

**d** Carina. id est ventre. Ioan.

**e** Manente. alioquin distinguo quo animo dissoluitur: vt. j. de verborum oblig. l. inter stipulantem. §. & nauis. & de solu. qui res. §. aream. & s. quib. mod. vsusfruct. amit. l. quid tamen. §. si nauis. Accursius.

**Filio herede.] CASVS.** Titius instituit heredem filium meum: & mihi patri ab eo filio decem pure legauit.

† Concord. text. in cap. cōsuluit. per rationē ibi positam extra de iud.

quæritur, nunquid valeat legatum? Et certe valet, eo quòd non est incontinenti inutile. nā deberemus expectare ad sciendum vtrum valeat vel non, tempus quo dictus meus filius hereditatem adibit. si tempore quo adit hereditatem, in mea potestate est, non valet legatum: quia ipse acquirit mihi hereditatem: vnde legatum non potest mihi acquirere: quia iam essem heres & legatarius: quod esse non debet: vt infra eod. l. legatum. §. ij. si autem tempore aditæ hereditatis non est in mea potestate, valet legatum: quamuis inspiciam tempus aditæ hereditatis per filium: non tamen aliquid facit ad rhombum tempus quo dies legati cedit, id est tempus mortis testatoris. Si ergo ponas dictum filium esse in potestate patris tempore quo adit dictam hereditatem, non valet legatum patri relictum, vt dictum est. quamuis autem non valet legatum, imputatur tamen mihi patri dictum legatum in Falcidia. de quo ponas ita exemplum: Filius meus (vt dixi) fuit institutus à Titio, & ab eo mihi patri decem fuerunt relicta, vt dictum est: & quibusdam aliis legata fuerunt relicta à dicto testatore. tempore quo adit filius meus hereditatem, est in mea potestate: & ita hereditatem mihi acquirit: vnde legatum meum non valet, vt dictum est. nunc volo soluere ego pater legata aliis legatariis relicta à testatore cuius hereditatem habeo per filium meum, & eis volo detrahere Falcidiam de legatis, dicens me non posse hebere quartam nisi deducam de legatis. Legatarij dicunt, computa tibi in Falcidiam illud legatum quod fuit tibi relictum à filio tuo herede instituto. nunquid possunt hoc dicere legatarij? Et dicitur quòd sic. Viuianus.

**f** A filio. filiumfam. institui: eius patri pure legauit præstandum à filio. valet legatum: nec curo tempore mortis meæ erit sui iuris, vel non: verum refert vtrum tempore quo adit, est sui iuris, vt & tunc valeat: vel non est sui iuris, & sic iussu meo adit, & non valet legatum: & sic remanet in hereditate, & summouet Falcidiam aliorum legatorum. Et sic not. quòd in ver. igitur & si iussu patris &c. incipit loqui quando non valet. & sic iure veteri potest loqui: verum iure nouo potest loqui in aduentitio peculio. & sic est tota plana. & quod in fi. dicit, imputabitur in Falcidiam, id est deducitur Falcidia de hoc vt de aliis.

**g** Potest. vt infra eo. l. quæsitum. in prin. & insti. eo. §. ex contrario. sed non econtra, scilicet filio à patre instituto: vt insti. eo. §. an seruo. & quare ibi rationem. Accursius.

**h** Cedente. id est cum moritur testator: vt. C. de cadu. tollen. §. in nouissimo.

**i** Patris sit. sub. vel non sit: quia vtrobiq; tenet legatum. illud autem ff. Infort.

potest. & similis est causa alluionis: & maximè si ex alio agro qui fuit eius cum testamentum faceret, eam partem adiecit. Quod si post testamentum factum ex fundo Titiano aliquid detraxit, & alij fundo adiecit: videndum est vtrumne eam quoq; partem legatarius petiturus sit, an hoc minus, quasi fundi Titiani esse desierit: cum nostra destinatione, fundorum nomina, & domus, non natura constituerentur. Et magis est vt quod alij destinatum est, ademptum esse videatur.

**Eadem est nauis, quæ destruitur & reficitur eadem carina remanente. Bartolus.**

Si nauem legauero, & specialiter meam adscripsero, eamq; per partes totam refecero, carina eadem manente: nihil minus rectè à legatario vindicaretur.

**A filio herede potest legari patri: sed si adierit iussu patris, non tenet legatum. Bartolus.**

XXV. PAVLVS libro tertio ad sabinum.

interest sit in patris potestate, necne, cum eius iussu aditur hereditas: quia altero casu tenet legatum. scilicet cum non sit in potestate: altero non: vt. j. quando dies leg. ce. l. cum legato. in fi. & insti. in. d. §. & ad hunc subauditum casum, scilicet quando non tenet, quia in potestate, vt infra dicit, infert, igitur &c. vsque in finem.

**A** Filio herede etiam pure patri legari potest: nec interest an die cedente legati in patris potestate sit. Igitur & si iussu patris adita sit hereditas, imputabitur ei in Falcidiam.

**Illud videtur quis habere, quod remanet deducto onere. Bart.**

XXVI. POMPONIVS libro quinto ad sabinum.

**N**on amplius legatorum nomine ad quemquā pertinere videtur, quàm quod deducto eo quod explendæ conditionis causa datum esset, superesset.

**Species legata perit periculo legatarij. Bartolus.**

Si certum corpus heres dare damnatus sit, nec fecerit quo minus ibi vbi id esset traderet: si id postea sine dolo & culpa heredis petierit, deterior fit legatarij conditio.

**Legatario partis bonorum potest heres soluere æstimationem, vel partes rerum, vel res, prout sibi placebit, & iudici expedire videbitur. Bartolus.**

quinque. volo postea grauare legatarium in dandis sex Sempronio. certe non possum. non enim debet quis in plus onerari quàm oneretur. oneratus est autem Titius in. x. & grauatus in. xj. [SICERTVM.] Equum meum tibi legauit: & heres meus non fuit in mora dandi tibi. postea periit equus dolo vel culpa heredis non interueniente. certe super barbam legatarij perit, & ita fit eius legatarij deterior conditio. [CVM BONORVM PAR.] Legauit tibi quartam partem bonorum meorum, quæ bona mea erant forte in diuersis locis constituta. vnde forte malum esset legatario ire ad quatuor villas vel quinque, & in vnaquaque accipere quartam partem cuiuslibet meæ rei. vnde petit ab herede æstimationem dicti legati. quæritur, quis habeat electionem? Et dicit hic quòd heres: licet quidam dicant contrarium. & si velit dare partem rerum, non concedetur ei si res sunt quæ non recipiunt diuisionem per naturam, sicut sunt seruitutes: vel non recipiunt diuisionem sine graui damno, sicut est equus. Sed pone quòd heres elegit dare legatario partem bonorum, & non æstimationem. certe illarum rerum partem potest dare legatario in certis rebus, vel etiam in vna re tantum, sed voluntate legatarij: vt si heres dicat legatario, ego dabo tibi talem fundum vel fundos pro parte tibi relicta: & legatarius dicat, libeter. si autem dicat, ego nolo dictos fundos pro dicta mea parte, imò volo tales alios: tunc iudex debet æstimare quos accipiat: & sic continuando consulit etiam legatario ne necesse habeat in omnibus rebus partem vindicare: quod quidem esset ei incommodum. h. d. cum. l. seq. Viuianus.

**m** Non amplius. alicui legata est domus, si. x. det heredi. deductis. x. residuum domus videtur esse in legato, & non tota domus: & hoc si quæramus de eo onerando: vt. j. titu. j. l. imperator. & j. e. l. in ciuitatibus. §. j. & infra ad. l. Falcid. sed si non seruus. §. q. si alienus. sed quo ad alios legatarios tota domus intelligitur esse in legato: vt. j. ad legem Falcid. l. ad veterani. §. j. quæ est contra. nam illud datum lucrifacit heres, et si cæteris non prodest: vt in eod. titu. l. in quartam. in fi. & facit. j. de verbo. signi. l. sub signatum. §. bona. & s. solu. matri. l. fructus. Accursius.

**n** Si certum corpus. incertum enim perire non potest: vt. j. ad legem falcid. l. in ratione. ij. §. incertæ.

**o** Legatarij. hic autem præsumitur quòd cesset dolus vel culpa: vt infra titu. j. l. cum ita. §. species. & facit infra eo. l. cum res. §. item si res. & l. cum seruus. Sed contra infra eo. l. si seruus. §. qui quinque.

**k** Iussu. per hoc patet quòd non loquitur in castrensi vel quasi: vt infra de castren. eccl. l. v. & per id quod sequitur, patrem retinere Falcidiam.

**l** Imputabitur ei in Falcidiam. vt eam summoueat, non vt eam inducat: vt infra ad legem Falcid. si à seruo. & l. ex asse. in fi. sed videtur legata seu prælegata in Falcidiam seu in quartam non imputari: sed lucro heredis cedere: vt infra ad legem Falcid. l. id autem. & l. in quartam. & l. in ratione. ij. §. pe. quæ sunt contra. Sed illud quando valet: hoc quando non valet hoc casu quo hic dicit: vt. d. l. ex asse. in fi. Alij dicunt hæc loqui secundum iura noua in aduentitio peculio: & dicunt imputari in Falcidia, id est contribui secum in Falcidia, vt eam detrahat filius de hoc legato vt de cæteris. quod non placet.

**Non amplius. CASVS.** Legauit Titio decem, si daret heredi meo

\* Coniunge l. vbi pure. ad. S. C. Trebel. j.



a] Concord. tex. in. c. in nostra. extra de iureiur. & in c. sicut dignū. extra de ho. & in ca. causam. cū ibi not. de testi.

& .s. si feruus. sed in vtroque fuit heres in culpa. Item not. damnū patitur qui perdit lucrum. <sup>a</sup> sic infra ne quid in loco publi. l. ij. §. merito. Sed argu. contra infra de dam. infect. l. Proculus.

**ADDITIONE.** Dic quod ibi improprie dicitur damnū: vt infra. l. iij. de dam. infect. Vel dic quod legatarius patitur damnū, cum in eum recta via dominiū transit, & sic perdit quod est suum. Vel dic quod textus non dicit quod patitur damnū, sed fit deterior cōditio eius, quod est etiā perdēdo lucrum: quod patet, quia ob hoc minor restituitur: vt. l. iij. §. si quid minori. cū lege sequen. supra de mino. secundum Bart. hic.

<sup>a</sup> Legata. quod fieri potest: vt supra eo. l. si quis bonorum.

<sup>b</sup> Rerum partes. non ergo compellitur adire ex Trebel. vt infra ad Trebellianum. l. mulier. §. fina. Ioan.

<sup>c</sup> Aestimatio. secus ergo si hic Trebel. locū haberet. nam tunc ipsarum rerum fieret restitutio, secundum Ioan. vt institut. de fideicommiss. heredi. §. si quis. & infra ad legem Falcid. l. linea. in fine. Sed nōne pro parte vterque sentit onera: vt institut. de fideicommiss. heredit. §. post quod senatusconsultū? Respon. non, imō heres tantum, & prætatur legatario pars eorum que supersunt deducto aere alieno. & ita est intelligendum: licet aliter in quadam sui parte innuat, quod est infra ti. j. l. si quis seruum. §. fina. & l. seq. Azo. & pro hoc quod fiat restitutio deducto aere alieno, est. §. de iur. do. l. mulier. Item quo modo datur aestimatio, & aliud pro alio soluitur inuito legatario? Respon. bonorum dicitur in genere, non rerum singularium: quia tunc secus: vt. j. de verb. signifi. l. bonorum. & .s. de usufruct. l. quoties. §. si. & facit quod aestimatio possit prætari. j. de auro & argen. leg. l. j. in fi. & l. cum certum. & l. Titia. §. j. & j. titu. j. l. cum filius. in princip. & l. mortuo. §. j. & C. communi diui. l. j. & infra de usufruct. lega. l. generali. §. penult. & leg. fundi. & continua. l. sequentem.

<sup>d</sup> Orest. id est debet si vtri que expediat: vt infra de alimen. lega. l. solent.

<sup>e</sup> Partem. scilicet legitimam: tertiam vel quartam. & hic est argu. quod in vna re possit detrahi Falc. sic. j. ad. l. Falc. l. si ex pluribus. & C. fami. ercisc. l. filium. & C. quando & qui. quarta pars de. l. ij. circa prin. & supra fami. ercisc. l. planē. Sed nos contra: vt. C. ad legem Falcid. l. ij. & arg. j. de pecu. leg. l. si peculium. §. j.

<sup>f</sup> Aestimauerit. qui considerat quod vtri que expedit. sic infra de solu. l. j. & ij. & j. de cap. l. postliminium. §. transfuga. Accursius.

**S** I creditori. ] **CASVS.** Hæc lex tota cum. l. sequenti loquitur quādo debitor legat creditori illud quod ei debet. & super hoc ponuntur tres casus. Primus est, quando habeo exceptionem contra creditorem meum, qua me contra eum tueri possum: & postea lego illud quod ei debeo, & super qua habeo dictam exceptionē. certē valet legatum: quia ex eo habet legatarius idēque creditor commodum: quia exceptio videtur ei à me remissa. Secundus est, tu debes mihi pone centum actione redhibitoria, quæ non durat ultra sex mēses: & est prætoriam, siue honoraria. legasti mihi dicta. c. certē valet legatum: quia datur mihi postea actio est testamēto, quæ est civilis & perpetua, loco illius quæ erat temporalis. vnde commodum habeo. Tertius est, actione ex stipulatu debes mihi. c. vsque ad annum pone. illa. c. mihi legas in tuo testamento. certē vtile est legatum per commodum repræsentationis. si autem non sit plus vtilitatis in legato, quā fuerat in debito: non valet legatum. Viuianus.

Cum bonorum parte legata <sup>a</sup> dubium sit vtrum rerū partes, <sup>b</sup> an aestimatio debeatur, Sabinus quidem & Cassius aestimationē, Proculus & Nerua rerum partes esse legatas existimauerunt: sed oportet heredi succurri, vt ipse eligat, siue rerum partes, siue aestimationem <sup>c</sup> dare maluerit: in his tamen rebus partem dare heres conceditur, quæ sine damno diuidi possunt. Sin autem vel naturaliter indiuisæ sint, vel sine dāno diuisio earum fieri nō potest: aestimatio ab herede omnimodo præstanda est.

xxvii. PAVLVS libro nono ad Plautium.

**P** Otest <sup>d</sup> autem heres vel [in] paucioribus vel in vna relicta parte <sup>e</sup> legatario dare, in quam vel legatarius consenserit, vel iudex aestimauerit: <sup>f</sup> ne necesse haberet legatarius in omnibus rebus vindicare portionem.

**Si creditori debitor legat debitum: ita demum valet, si creditoris interest. hoc dicit cum. l. seq.**

xxviii. VLPPIANVS libro nono decimo ad Sabinum.

<sup>g</sup> Vtile. vt. j. ti. j. l. Mauius. §. debitor. & insti. eo. §. si quis. & j. de libe. lega. l. si debitor. §. j. & l. si creditor. & l. seq. & l. legauit. §. cōtra. & l. Aurelius. §. eum. & infra titu. ij. l. si deportati. §. fi. & infra eo. l. §. fina. & l. seq. & infra tit. j. l. debitor. Accursius.

<sup>h</sup> Id quod honoraria. vt de peculio, vel redhibitoria: & est tunc ratio, quia ex testamento perpetua: vt arg. supra proxi. respon. cum suis concord. & hoc dicit: quia civilis, scilicet perpetua: pro honoraria, scilicet temporali. Sed tunc est arg. cōtra supra si quis cau. l. si eū. §. qui iniuriarum. Sed dic q̄ ibi proponebat testator facere perpetuum ius agentis. vel pone in prætoriam perpetua: vt de cōsti. pecu. Et quod dicit, quia & c. dic secundum Azo. quod melior est ratio, quia iure civili erat indebitū quod legatur. cū ergo ius civile in testamentis & legatis versetur, dicitur tenere legatum: quia prætorium per civile nō distinguitur, sed civile per prætorium sic: quod est posterius: vt supra de iusti. & iure. l. ius autē civile. §. j. Item quod dicit, pro honoraria: nō dicas quod per testamentū tollitur prætoriam: sed adicitur civilis. sic supra de exer. l. si eum. §. pe. sed respexit quod legatarius omitteret prætoriam, & civilem intentabit. sic & ex sentētia datur actio: licet & alia primo com-

xxix. PAVLVS libro sexto ad legem Iuliam & Papiam.

**S** I in autem neque modo, <sup>i</sup> neque tempore, neque cōditione, neque loco debitum differatur, inutile est legatum.

**Scriptura per quam legata pecuniaria quibus dies non est adiecta, prorogantur, non pertinet ad corpora, nec ad legata quibus dies est gratia differendæ solutionis, vel multiplicandæ obligationis, vel inducendæ conditionis adiecta: & porrigitur ad legata præcedentia & sequentia etiam post in codicillis relicta. Barto.**

xxx. VLPPIANVS libro nono decimo ad Sabinum.

peteret: vt infra de re. iudic. l. miles. §. decem. Accursius.

<sup>i</sup> Debes. non purē. alioquin nō teneret legatum: vt infra. l. proxi. Azo. vel fortē tenet propter dominium quod statim habebit, & propter sumptum: vt. j. tit. ij. l. iij. §. si rem quis.

<sup>k</sup> Minuat. imō minuit: vt infra ad legem Falcid. l. §. si quis creditori. contra. Solu. minuit in commodo repræsentationis, vt ibi: non in plus, vt hic. Vel hic extitit dies vel conditio viuo testatore: nihilo minus tamen tenet legatum: vt infra ad legem Falcid. leg. verbis. cessat tamen Falcid. quod nullum commodum habet: vt infra titu. j. l. debitor. in principi. sed in cōtrario extitit post mortem. Accursius.

<sup>l</sup> In autem neque modo. dic modo, vt. C. de his quæ sub modo. l. fin. Vel dic quod erat alternatiua: vt infra de act. & obli. l. obligationum ferē. §. modus. & facit supra. l. proxi. in princip. cum suis concord.

**T** Alis scriptura. ] **CASVS.** Titius faciens testamentum, legata multa reliquit, & quædam purē, quædam in diem, quædam sub cōditione, & quædam in pecunia, quædam in specie, & quædam in rebus quæ constabant pondere, numero vel mētura. Item legauit Sempronio annua. x. Gaio legauit. x. cum erit. xx. annorū. & Cornelio legauit vinum quod habebat in apotheca sua, vel pecuniam quam in arca habebat. postea subiecit verba quæ hic ponuntur: quas pecunias legauit, quibus dies appositus non est, eas heres meus annua bima trima die dato. & post istam clausulam positam quædam alia legata reliquit quibusdam. quæritur, nunquid dicta clausula, quas pecunias & c. referatur ad ea legata quæ sunt in specie, vt scilicet ea præstentur annua bima trima die? Et dicitur quod non, sed bene pertinet ad ea quæ sunt data in his rebus quæ constant pondere, numero, vel mētura. Item & ad ea legata pertinet, quibus non est appositus dies: sed non pertinet ad illud legatum quod relictum est annuatim: nec ad illud quod relictum est sub conditione: nec ad illud quod relictum fuit Gaio cum habuerit viginti ann. quia omnia ista legata habent diem: & testator noluit prorogare per dictam clausulam, nisi ea quæ non habent diem. Item non pertinet dicta clausula ad illud legatum quod fuit relictum Cornelio, id est ad legatum pecuniæ quæ est in arca,



in arca, vel vini quod est in apotheca: quia speciei videtur legatum: & testator dixit, quas pecunias, & cætera. Item pertinet dicta clausula ad ea legata pura, & in pecunia existentia, quæ data sunt in testamento vel codicillis post prolatam à testatore dictam clausulam, quas pecunias & cætera. hoc dicit cum. l. sequenti. Viuianus.

**a** Corpora. & pecunias testator legauit, & pure, & non pure. Accur.

**b** Non pertinet. contra infra titu. ij. l. quisquis. Solu. ibi in summas, hic in pecunias. Item ibi futuri temporis: hic præteriti verbum posuit. Accursius.

**c** Continentur. sic accipitur supra si certu petita. l. ij. §. item mutuum. aliàs largius, aliàs strictius ponitur: vt ibi no. Sed quare non omnia quæ legauerat? Respon. quia facile erat ei dare quæ legauit, nisi restringere voluisset. sic. C. de cadu. tollen. l. prima. §. sin autem ad deficientis. Accursius.

**d** Pure. exprimendo pure vel simpliciter.

**e** Prorogabitur. quia huic dies appositus non est. Sed e contra infra de do. præleg. l. cum vulgari. sed ibi erat dies appositus saltem à lege. Vel speciale in legato solius repræsentationis: vt ibi.

**f** Præsentia. hoc expresso: præsentia ergo die apposita.

**g** Pertinet. vt vtrumq; statim possit exigi: siue simpliciter, siue in præsentia sit relictum. Acc.

**h** Præsentia die. id est nõ pure, considerato hoc extrinseco, scilicet prorogatione. sed videru pure: vt. j. de verborum obligatio. liber homo. §. j. contra. Sed ibi effectum considerauit, &

nihil extrinsecus. Item contra. j. tit. j. l. Titio. Solu. ibi. & facit. j. de regu. iur. l. in omnibus. ADDITIO. Dic quod ibi dixit, quas pecunias legauit, heres meus dato annua bima trima die. nec ibi adiecit, quibus dies adiectus non est. vnde refertur ad omnia, secundum Bartol. hic.

**i** Initium. id est certitudinem temporis in se continet: & ideo non habet locum repetitio. & facit supra de do. cau. mor. l. fenatus. §. fina.

**k** Conditio. & e contra: vt. j. de condi. & demonst. l. dies.

**l** Species. accipitur ergo pecunia vt species quandoque: vt infra eo. l. plane. §. sed hoc. Accursius.

**m** Hanc autem scripturam. quibus dies & cætera. vt in princip. huius. l.

**n** Vniuersa. etiam quæ sequuntur: dummodo sint in numero, pondere & mensura: vt in princip. l. & facit infra de verborum significat. l. Scæuola respond. & infra. l. proximi. & infra de rebus dubiis. l. fina. Sed contra infra titu. ij. l. vxori. §. vxori. Solu. secus in donationibus quæ fiunt inter viuos: quia variis temporibus earum dies cedit vt valeant vel non: sed legata omnia simul cedunt. Azo. argu. ad hoc supra com. prædi. l. fina. in fin. & supra de do. cau. mor. l. fenatus. in fin. Sed hoc non placet, cum ibi loquatur de illis donationibus quæ morte confirmantur omnes. Nec obstat. C. de dona. inter virum & vxor. l. donationes. quia verum est trahi retro non quantum ad dominium, sed quantum ad fructus. Hugo. Dicit ergo quod ibi erant contra ius futuræ, ad quas lex suã ff. Infort.

**T**alis scriptura, Quas pecunias legauit, quibus dies adpositus non est: eas heres meus annua bima trima die dato: ad corpora **a** legata non pertinet; **b** sed ad ea quæ pondere, numero, mensura continentur: & ad ea tantum legata pertinet, quibus dies non est adpositus. Proinde si fortè pure **d** legatum est, ex hac adiectione prorogabitur: **e** Quid si fortè ceterum mihi legata sunt presentia: **f** vtrum annua die dabuntur, an verò presentia? Et ait Seruius & Labeo presentia\* deberi. Quamuis igitur superuacua sit hæc adiectione, quantum ad vim & effectum legati pertinet: **g** tamen ad hoc proficiet, vt presentia die **h** legatum debeat. Sed si in annos singulos aut singulos menses sit legatum relictum, cessabit ea scriptura: quia hoc legatum & initium **i** & finem habet. Sed & si sub conditione sit legatum relictum, potest dici cessare annua adiectionem: quia dies incertus appellatur conditio. **k** Cui congruit, quod Trebatius existimat, si cui legetur quando annotum viginti erit, vulgarem hanc clausulam cessare. Item si legetur pecunia quæ in arca est, vel vinum quod in apothecis est, dicendum est cessare clausulam: quoniam quotiens species **l** legetur, cessare diximus.

**Verbum, legauit, præteriti temporis, porrigitur ad præterita & futura. Bartolus.**

**A** fictionem non extendit. argu. C. de conditio. infer. l. ij. Hugo. Item ibi substantiam confirmavit: hic solam adiicit quantitatem. Item argu. contra hunc si. supra quib. ex cau. maio. l. sed & si per prætorem. §. deinde adiicit. & de postul. l. j. §. eum qui.

**ADDITIO.** Pro solutio. huius contrarij vide Bartol. hic istam materiam late discutientem.

Hanc autem scripturam **m** nõ solum ad præcedentia sola legata, sed ad vniuersa **n** quæ testamento adscripta sunt, extendi Gallus Aquilius, Ofilius, Trebatius, responderunt: idque verum est.

xxx. PAULVS libro tertio ad sabinum.

**B** Ed etiam ad ea quæ codicillis confirmatis postea **o** legata fuerint, hæc clausula pertinet.

**Repetita à substituto, intelliguntur repetita pure, nisi aliud exprimat. Bartolus.**

xxxii. VLPPIANVS libro vicefimo ad sabinum.

**S**i quis à filio pupillo herede instituto, cum is in tutelam **p** suam venisset, pecuniam legauerit, & à substituto herede legata repetierat: impubere filio mortuo secundus heres legatum non debet. quod ita verum esse tam Sextus quàm Pomponius putant, si repetitio legatorum ad eum modum concepta sit: **q** Quæ à filio meo legauit, quæque eum dare iussi, si mihi heres esset: id heres meus iisdem diebus **q** dato. Sed si ita repetita fuerint: **q** Quæ à filio meo legauit, heres meus dato: pure repetita videbuntur legata, & dumtaxat demonstratio **r** eorum facta. Igitur & hoc ipsum legatum de quo quæritur, presentia debetur.

**Si testator sensit de certo, & dubiu est de quo: electio est heredis. Bartolus.**

Si quis plures **f** Stichos habes,

tum, cum impubes factus pubes fuerit. nec enim potest amplius fieri pubes ille qui mortuus est. [S I Q V I S.] Plures seruos habebam qui vocabantur Stichi. legauit Titio Stichum, & non apparet de quo Sticho ego senserim. certe heres debet eligere quem præferat.

[S I P A R T I.] Quarterio sancti Proculi pone, legauit. x. vt faceret depingi ferralium, vel vt emant vineam ex cuius fructibus soluant collectam. certe valet legatum. Viuianus.

**p** In tutelam suam. id est in pubertatem: vt infra titu. ij. l. cum filio. & sic sub conditione, & in diem. si autem pure ab utroque, distingueretur: adiret impubes, vel non: vt infra. eo. l. seruo alieno. §. si pater. & l. si fundus. §. si pater.

**q** Iisdem diebus. id est sub eadem conditione, si in suam tutelam. & c. ita dato sicut filius tenebatur dare, non aliter: sed filius non tenebatur dare, quia decessit impubes: ergo nec hic. & est hic nugatio quædam. sic supra quibus modis pignus vel hypo. sol. si debitor. §. j. Azo.

**r** Dumtaxat demonstratio. quasi dicat, non conditio repetita. non enim debet videri conditio repetita, quæ vitaret legatum. sic infra de verborum obligatione. l. Titia. §. j. in dubio non videtur repetita: vt infra eod. l. seruo alieno. §. si ab impubere. & l. si cui. §. sed si à filio. & l. licet. & supra de heredi. institut. l. sub conditione. & facit infra titu. j. l. cum pater. §. ab instituto. & supra eod. l. legata inutiliter.

**f** Si quis plures. puta. x. & not. secundum R. quod hæc lex & aliæ

**o** Ed etiam ad. Postea. per verbum postea, determinat vel confirmati: vel legata, quasi dicat, facti sunt postea, vel ante. Et not. hic & superiori. l. in fine præteritum porrigi ad futurum. **a** & sic est infra titu. j. l. cum pater. §. fideicom. & supra. l. proximi. in fin. & supra eo. l. si mihi & tibi. §. fina. Accursius.

**S**i quis à filio. ] C A S V S. Institui mihi heredem filium meum impuberem: & ab eo legauit Titio decem, cū dictus impubes fuerit factus pubes. postea ita dixi: Si filius meus mihi heres non erit: vel si heres erit, & in pupillari ætate decesserit, substituo ei Corneliu: & à Cornelio substituto, si habuerit hereditatem meam ex substitutione, lego eadem. x. dicto Titio. postea filius in pupillari ætate decessit, & sic substitutus habuit hereditatem meam. nunquid debet legatum Titio? Et certe dicitur quod sic. secus si repetisset legatum ab impubere relictum cum fuerit factus pubes. eodem modo à substituto, scilicet cum impubes fuerit factus pubes. nam non debet legatum substitutus. impossibile enim esset præferri legatum per substitutum.

a] Concor. text. in cap. de causis. cū gl. in versi. certu. extra de offic. deleg. ca. si eo tempore. de rescript. lib. 6. & c. statutum. eo. tit.



que legatariis electionem dant, sic sunt intelligendę: vt ex pluribus nec heredi deteriorem, nec legatario meliorem eligere concedant: vt infra eod. l. legato. R.

**a** *Elegerit.* heres scilicet quandocunque, etiam post suam moram: licet secundum R. aliud sit quando in genere, vel quando non fen-

fit de certo: vt infra eo. l. legato. & supra eod. l. qui duos. quę sunt cōtra. & reddebat rationem: quia non sic verbum singulare vt generale transfert electionem. **a** Tu dic ad. l. qui duos. q. hic sentit testator de aliquo certo. qđ ex eo apparet, quia nomen Stichum apposuit: per quod nomen quisque dignoscitur: vnde voluntatem defuncti heredi magis vt det quę velit, quam legatario interpretari conceditur, supra vero de nullo certo fenfit: quia nec nomen proprium adiecit: vnde legatarij est electio: sicut & vbi in genere: vt infra eod. l. legata. & l. si feruus legatus. §. cū homo. & not. supra famil. erciscund. l. heredes. §. si incerto. Item contra supra de testa. tute. l. duo. Sed ibi certo iudicio debet in tutela cauere: vt institu. eod. §. tutor. licet adhuc subest quęstio. Sed dic ibi periculosum esse pupillo, si esset ille de quo nō fenfit. hic autem quicquid habeat legatarius, sibi commodum est. Item facit infra de vi. tri. lega. l. cum certum. Sed argu. contra supra de iure delibe. l. j. in fine. **b** Item quid si dixit vnum de Stichis: Respon. habet locum. l. qui duos. quia non fenfit de certo.

**b** *Debebitur.* vt infra titu. j. l. cum pater. §. fina. & infra eod. l. si heres. §. j. Accursius.

**S** *pluribus.] CASVS.* Titio & Sempronio legauit fundum Cornelianum: & sic fuerunt re & verbis coniuncti. certē quilibet debet habere dimidiam, quacūque actione quilibet eorum agat pro legato contra heredem. Quid si ita dixi, Titio lego fundum Cornelianum: & Sempronio lego eundem fundum Cornelianum. & ita sunt separati verbis, non tamen re? Certe aut apparet voluisse testatorem adimere primo, & dare secundo: aut non. primo casu secundus habebit totum fundum, secundo veniet ad legatum quilibet pro dimidia, nisi testator voluisset quemlibet habere solidū: quia tunc vnus debet habere fundum, & alter æstimationem. Sed quis habebit electionem vtrum habeat fundum, vel æstimationem? Et certe ille qui primo fuerit litem contestatus super vno de eis. postquam tamen fuerit litem contestatus super vno, puta super æstimationem nō poterit postea petere fundum. dixi ergo supra quod quando testator vult adimere primo, & dare secundo, secundus debet habere, & primus amittere. Sed quid si cum secundo non erat testamenti factio, id est, non poterat capere legatū: certe nihilominus habebit primus. Dixi ergo tibi, quādo quibusdam coniunctim lego re & verbis, & quando lego aliquibus separatim verbis, & cōiunctim re: modo videamus quādo legauit fundum Cornelianum quibusdam, & quosdam eorum posui coniunctos re & verbis, & quosdam coniunctos re, & separatos verbis: puta ita dixi, primo & secundo & tertio lego fundum Cornelianum: quarto lego fundum eundem: quinto lego fundum eundem. quō modo admittentur ad petitionem legati: & certe tres coniuncti re & verbis loco vnus habentur, & habebunt dimidiam fundi: alij duo habebunt aliam dimidiam. & h. d. vsque ad. §. j. l. plane. Viuianus.

**c** *Agat.* vt & j. eod. l. duobus. & facit ad sequentia. j. de duo. re. l. reos. §. j. & C. si plures vna sentētia. l. j. & j. de verb. obli. l. eum qui. ij. respon. & insti. eo. §. si eadem. & C. eo. l. si Fortidianum.

**d** *Conuolasse.* sic infra de his que pro non script. l. j. & j. tit. ij. l. vxorem. §. felicissimo. Accursius.

**e** *Portione.* nisi sint quidam coniuncti re & verbis, alij re tantum coniuncti, sed verbis disiuncti: tunc coniuncti vtroque modo pro vno reputantur: vt infra l. prox. ij. respon. & ita ipsi soli habent vnam medietatem, alij disiuncti viriles habent partes alterius medietatis. Azo.

Stichum legauerit: si non apparet de quo Stichus fenfit: quem elegerit, **a** debet præstare.

**Valet quod relinquatur parti ciuitatis. Bartolus.**

Si parti ciuitatis aliquid sit relictum, quod ad ornatum vel compendium reipublicę spectat, sine dubio debebitur. **b**

**Si pluribus eadem res legetur coniunctim, cuiuslibet debetur pars. si disiunctim, partes sibi faciunt per concursum: nisi testator voluerit à primo adimere, vel cuique insolidum cōcedere. hoc dicit cum prin. l. seq. Bartolus.**

XXXIII. PAVLVVS libro tertio Regularum.

**S** *pluribus eadem res legata fuerit: si quidem coniunctim, etiam si alter vindicet, alter ex testamento agat, **c** non plus quam*

**f** *pretium.* sic infra titu. ij. l. si res mihi. & infra titu. j. qui duos. §. fin. & infra de manu. testa. l. Iulianus.

**g** *Contestatus est.* sic. §. de procu. l. pluribus. quandoque tamen expectatur sententia, vt sit melior conditio: vt. §. de noxa. l. si quis à multis. & de pecu. l. si vero. Et not. quod hic dicit Io. quod ante litem cōtestatam nulli debetur: & tunc demum litem cōtestata incipit deberi. alioquin & duo haberent actionem insolidū, & dominium insolidum: quod est impossibile. sed & dici potest pro parte cuique quæratum: sed sub conditione insolidū, si prius litem contestetur: quo casu alio cōtestante alteri nil quæratum videtur secundum Io. & facit. j. de iniur. l. iniuriarum actio. & de verb. obli. l. si Titius. & C. de cadu. tol. §. vbi autē leg. & §. de iudi. l. qui prior. & not. in fi. de variatione. similia no. §. de procu. l. in causā. in princ.

partem habebit is qui ex testamento aget. Quod si separatim: si quidem euidentissimē apparuerit, ademptione à priore legatario facta ad secundum legatum testatorem conuolasse: **d** solum posteriorem ad legatum peruenire placet. Sin autem **\*** hoc minimē apparere potest, pro virili portione **c** ad legatum omnes venire: scilicet nisi ipse testator ex scriptura manifestissimus est vtrumque eorum solidum accipere voluisse. tunc enim vni pretium, **f** alij ipsa res adsignatur: electione rei vel pretij seruanda ei qui prior de legato siue fideicommissio litem contestatus **g** est: ita tamen, vt non habeat licentiam altero electo ad alterum transire.

XXXIII. VIPIANVS libro vicesimo primo ad sabinum.

extat equus, eum mihi debet dare heres, aliās æstimationem: sed equum & æstimationem habere nō possum. secus si pluries legauit mihi eandem summam, volens quod pluries eam mihi daret heres: quia tunc bene potero habere pluries. & reddit rationem inter speciem & summam. sed quod dixi in specie, habebit locū in quantitate relicta tanquam esset species. ea autem que consistunt in pōdere, numero vel mensura, non videntur species, sed quantitas: & pluries præstatur si pluries legata fuerint. Sed pone quod Titius legauit mihi equum suum in suo testamento. postea Sempronius legauit mihi eundem equum. certe si habeo æstimationem ex testamento vnus, bene potero habere rem ex testamento alterius. Sed quid si Titius legauit mihi equum, & ego eum postea emi à Sempronio, & habeo ex causa emptionis: nunquid potero adhuc petere dictum equum ab herede Titij? certe sic, & cōsequar ab eo illud quod mihi abest pro equo, id est, pretium quod dedi Sempronio. Item quid si Titius legauit mihi equum suum, & nullum onus mihi imposuit, & Sempronius mihi eundem equum in suo testamento legauit, & rogauit me quod eum restituerem Gaio: vel rogauit me quod darem. x. Gaio: vel legauit mihi dictū equum dictus Sempronius sub cōditione si darem heredi suo. x. & postea habui equū legatum ab herede Sempronij prædicti: & sic teneor eū restituere Gaio, sicut Sempronius me grauauit cum mihi legauit: vel teneor dare. x. Gaio, sicut Sempronius me grauauit: vel teneor dare. x. heredi Sempronij, sicut ipse me grauauit. postea peto equum ab herede Titij primi testatoris qui mihi legauit. certe bene possum hoc facere: sed tamen ipse non dabit mihi equum, vel eius æstimationem: quia iam habui equū ex causa lucratiua: sed dabit mihi illud quod præstare teneor ex testamento Sempronij. videtur enim illud mihi abesse occasione rei quā habui ex causa lucratiua, ex quo teneor ad dandum aliis. literam autem ita prosequaris sicut posui in casu. Primo enim legas vsque ad. §. sed si duorum. & illū dimittas, & capias illum, sed si non corpus. & legas vsque ad. §. quod si rem. & ibi dimittas, & reuertaris ad. §. sed si duorum. & legas vsque ad. §. sed si non corpus. & ibi dimittas & capias. §. quod si rem. & legas vsque ad. §. si coniunctim. [SI CONIUNCTIM.] Titio & Sempronio legauit fundum Cornelianum. certe quilibet debet habere dimidiā si ambo capaces sunt. si autem vnus eorū non est capax, puta quia feruus est testatoris, nihilominus alter habebit alteram dimidiam. vnde pono tibi talem casum: Filium meum impuberem institui: & in hoc testamento equum meū Titio legauit. postea prædicto meo filio substitutum dedi, si intra pupillarem ætatem decederet: & in casum eundem equum legauit Seio. certe quilibet de dictis legatariis debet habere dimidiā in dicto equo. Sed antequam perueniat hereditas ad substitutū: Seius cui legatam fuit à substituto, non potest habere partē equi. nunquid interim debet habere alius legatarius

a] Concord. rex. in ca. si tibi. cum ibi no. extra de testa. & in ca. nos quidē. eo. ti. & aliquid in cap. si cautio quā. de fide instru.

b] Dic quod ibi incertitudo erat in verbis prætoris, ideo declaratio est iudicis: hic in verbis testatoris, ideo declaratio est heredis, secundū Bart. hic.

\* Concor. cū hoc tex. ca. pe. in fi. super verbo. cū aliis. ante me. ibi, vnde supple. extra de procura.



rius totum equum? Et dicitur quod non, imò suam partem tantum. & ita non solum in superiori casu, sed etiam in isto, ille qui non potest capere, facit partem suo collegatario capaci.

[S I D V O B V S.] Institui mihi heredem Titium solum, & eidem Titio & Gaio fundum legavi. certè totum istud legatum pertinebit ad Gaium collegatarium: quia Titio à seipso legari non potuit. & super hoc quod non possit heredi à seipso legari, ponit aliud exemplum: Ecce institui heredes Titium & Gaium: scilicet Titium in vna vncia, & Gaium in vndecim vnciis: & postea eis fundum legavi. certè quia nullus eorum potest accipere legatum pro ea parte qua institutus est, vt dictum est: capiet quilibet eorū legatum pro parte hereditaria alterius. vnde Titius qui fuit institutus in vncia, habebit legatū pro vndecim partibus: & Gaius qui fuit institutus in vndecim vnciis, habebit legatum pro parte vna. & habeas in secundo responso huius vnciarum heredem, &c.

Quamuis autem dixerim quod heredi à seipso legari non potest, tamen si institui mihi heredem, & legavi duobus fundum, & vnus de illis legatariis extitit heres heredi, & sic devenit pars sua legati ad eū casum à quo incipere non potest, nihilominus retinebit pro sua parte legatum.

[S I T A.] Legavi hoc modo Titio: Habeas tibi fundum Seianū, aut vsumfructum. est certè in arbitrio Titij vtrum habeat fundū, vel vsumfructum. Sed pone q̄ ita legavi Titio: Lego fundum Seianū vt partem eius habeat. certè partē habebit Titius, & non plus. Viuianus.

**a** Non constitit. vt infra de adimē. leg. l. & si trāferam. Accursius.

**b** si coniuncti. hic continua supra. l. proximi. ibi, pro virili &c. & vt ibi dixi, secundum Azo. & Hugonem.

**c** Potestate. vt id solum ambobus præstetur, quod vni soli præstaretur. R. & facit infra de dote præleg. l. ij. ij. respon. & C. de impube. & ali. sub. l. fina. & infra eod. l. huiusmodi. §. si Titio. & supra de hered. instituē. l. Titius fundi, & supra de vsumfruct. accrescendo. l. si quis. Hug.

**d** In eodem testamento. id est eiusdem. nam siue eodem testamento, siue testamento & codicillis, idem est: vt hic, & infra de lega. ij. l. Mæuius. §. duobus. & §. eum. & C. de leg. l. cum questio. §. si. & supra si quis omif. cau. testa. l. si ab instituto. secus si essent duorum ista voluntates: vt. j. subiicit. Accursius.

**e** Duorum. quorum alter alterius non sit heres: vt. j. eo. l. huiusmodi. §. si Sempronius. quæ est contra.

**f** Bis petere. hæc vera sunt si prius habuit æstimationem ex altero. sec⁹ ecōtra: vt insti. de le. §. si res aliena. & j. de act. & ob. l. omnes. quæ sunt contra. & arg. §. de vsumfr. l. si alij. §. rerū. Item hoc si dicitur. Infort.

cto: secus si per obliquum, quod dic vt. j. eo. l. si seruus legatus. §. j. **g** Ostendatur. legatarius ergo probat, sed certè imò heres: vt supra de probat. l. quinquaginta. quæ est contra. Sol. hæc secundū illam, vt dicatur hic legatarius probare eo ipso quod non probatur contra. secundum Io. Tu dic secundum R. & Azo. quod ibi in diuersis scripturis: hic in vna. & secundum hoc intellige. j. de adimen. lega. l. cum certum. & facit. §. de iure dor. l. cū pater. Item not. hic cuidam p-

Proinde & si quid aliud est quod pondere, numero, mēsurā continetur, sæpius relictum: idem erit dicendum, id est sæpius deberi, si hoc testator voluerit.

**Si res legata efficitur mea: eatenus valet legatum, quatenus mihi abest pro ea. Barto.**

**B** Quod si rem emissem mihi legatam: vsque ad pretium quod mihi abest, cōpetet mihi ex testamento actio. Et multo magis hoc dicendum est, si duobus testamentis mihi eadem res legata sit, sed alter me restituere rogauerit vel ipsam rem, vel aliud pro ea: aut si sub conditione legasset dādi quid pro ea. nam hæcenus mihi abesse res videtur, quatenus sum præstaturus.

**Coniunctus in cuius persona quoquo modo legatum cōsistit, vel speratur consistere, facit partem coniuncto. Barto.**

**C** Si coniunctim res legetur, constat partes ab initio fieri. Nec solum hi partes faciunt, in quorum persona constitit legatum: verum hi quoque in quorum persona non constitit legatum: vt puta si Titio & seruo proprio sine libertate. Sed si in pupillari testamento alij eandem legaue- rit, quā mihi in suo testamento legauit: Iulianus scribit, concursu partes nos habere. Interim igitur partē habebit is cui in suo testamento legauit.

**Heres idemq; legatarius ab initio non facit partem collegatario. secus si legatarius per personam mediam heres fuerit. Bar.**

**D** Si duobus sit legata, quorum alter heres institutus sit, à semetipso ei legatum inutiliter videtur: ideoque quod ei à se legatum est, ad collegatarium

**E** C. de cadu. tollend. §. si vero non omnes. secundum Bald. hic.

**r** Partem faciunt. id est vt partem non totum legatum habeant: vt infra de reb. dub. l. vtrum.

**f** Proprio. testatoris, non Titij: vt infra titu. j. si mihi purè. Et nota quod licet hoc legatum actione deficiat: vt C. de leg. l. seruus. & j. tit. j. l. statuliberum. in prin. & de adimen. leg. l. & si transferam. nō tamen impij heredes debent esse &c. vt C. de neces. ser. l. quidā. §. illud. vnde secundum R. non est omnino inutile. Item cōtra. j. eo. §. si duobus. & plene dic vt. j. eo. l. huiusmodi. §. si Titio.

**t** Concursu. quia videtur repetitum à substituto: vt. j. eo. l. licet.

**u** Partem. scilicet suā pleno iure, secundū Io. & sic facit pro Io. in q. proposita. §. si pars here. pe. l. ij. Sed Azo & H. dicunt aliā quam fortè alius est habiturus. & sic non facit pro Io. nam de sua non est dubium. & pro hoc supra quib. mod. vsumfru. amit. l. si sub conditione. & facit. j. tit. j. l. si Titio.

**x** Inutiliter. vt & j. eo. l. legato generaliter. §. j. & infra ti. j. l. Titia. §.

Per hanc glo. limitabis & restringes iuncto tex. isto. l. fi. C. de codic. & l. Papi. §. sed nec impuberi. §. de inoff. testa. cui concor. text. in. c. cū cessante. extra de appella. de quo vide text. in. l. quod iussit. §. de re iud.

**a** Per hanc glo. limitabis & restringes iuncto tex. isto. l. fi. C. de codic. & l. Papi. §. sed nec impuberi. §. de inoff. testa. cui concor. text. in. c. cū cessante. extra de appella. de quo vide text. in. l. quod iussit. §. de re iud.

**k** Non species. imò quātitas: quia cōsistit in pōdere: vt insti. qui. mo. re contra. obli. in prin.

**l** Aliud. vt decem pondus auri vel olei.

**m** Idem. quod supra ea. l. §. sed si non corpus.

**n** Quod si rem emissem. ab alio, non ab herede, alioquin actio ex empto repeteret pretium: vt. j. eod. l. huiusmodi. §. qui seruus. & §. de act. emp. l. cui res. & facit. j. ad le. Fal. l. iij.

**o** Restituere. quo casu id non videtur mihi relictū quod mihi nō remanet: vt. j. tit. j. l. cū ei qui. & infra eod. l. non quocūque. Accurs.

**p** Præstaturus. vt & supra eo. l. nō amplius. in princ. & infra de codit. & demonstr. l. sed si hoc §. j. Sed contra infra ad leg. Falc. l. ad veterani. §. si cui. Itē facit. §. de neg. gest. l. si quis mandato.

**q** Ab initio fieri. idem si disunctiue: vt institu. de leg. §. si eadem.

**ADDITIO.** Dic hoc verum ex postfacto per cōcursum, non ex natura verborum legati: vt

Qui cōiuncti faciāt vel non faciant partes iure Digestorū, pulchrè explicat Vldaricus Zasius in intellectuibus suis singularibus: qui & §. hūc intelligit de his qui re & verbis coniuncti sunt.

† Sic Flo. & in omnibus. manu. Azo tamē & Hugo. & Cui. ad tit. de le. in fragm. Vlp. putāt legendū torū. † legatum.



j. & l. si. §. Scio. Sed contra supra de usufru. accre. l. si quis Titio. Sol. ubi. Itē à coherede potest ei legari: quod dic ponendo casum. j. eo. l. legato. §. j. Item à legatario potest ei legari heredi: vt. j. statim subiicit secundū vnā lecturā. & facit. §. eo. l. qui filiab. §. si. & l. seq.

**a** *Pertinebit.* supra. §. si coniuncti. contra. sed dic vt infra eod. l. huiusmodi. §. si Titio. Item cōtinua hic. j. §. plane.

**b** *Inde dicitur.* quia inutiliter legatur heredi à semetipso: ergo quod non à semetipso, debet valere.

**c** *Heredes.* alicuius. & dic casum secundū Io. quod duo sunt instituti: alter ex vndecim vnciis: alter ex vna: & à quodā legatario cui legata fuerūt. c. legatus est fundus heredibus. Certe habebunt fundū pro hereditariis portionibus: scilicet vnus pro vndecim partibus: alius pro vna: quia & pro eisdem partibus senserāt onus de centum. & secundū hoc habeas in litera vndecim vnciarum heredem. Vel si habeas, vnciarum heredem, secundū Py. literam: dic casum vt prius quod duo sunt instituti: alter ex vndecim vnciis: alter ex vna.

& adiecit testator, vobis lego fundum. nam tale est ac si dixisset, à te instituto in vndecim vnciis lego coheredi fundum: & ab alio instituto in vna legauit alij fundū. quibus casibus videor grauari institutū in vndecim, vt det vndecim partes fundi alij: & aliū vt det huic vnam. secus si vnū tantum onerasset alteri restituere: quia tunc ille suo coheredi tenetur in solidum. sed hæc litera nō placet R. & secundum neutram positionē legatur heredi à seipso. & sic nō obstat supra prox. §. si duobus. Item cōtra. j. eo. l. seruus. §. si ex pluribus. Sol. vt ibi. Item facit infra de statulib. l. ita §. j. contra.

**ADDITIO.** Dic quod ibi propria nomina fuerunt expressa: hic non, secundum Bart. hic.

**d** *Legatariis.* s. extraneis. nā adiungitur ad principiū. §. si duobus.

**e** *Arbitrio.* sic infra tit. j. l. Lucio. & j. de usufruc. leg. l. si fundus Titio. Sed contra. §. de iur. do. l. plerumque. in fin. Solu. in vltima voluntate speciale. Item cōtra. j. titu. j. l. si ita relictum. §. fina. Sol. ubi est dato: hic, habero. Vel sol. ibi.

**f** *Pro parte.* quæ intelligitur dimidia: vt infra de verbo. signifi. l. nomen filiarum. §. portionis.

**g** *Recte appellatur.* sic. cōmuni diuid. l. cōmuni diuidendo. §. j. & j. de verb. signi. locus. & l. appellatione. & §. eo. l. quod in rerū. §. si. & de fun. do. l. dotale prædium. §. j. sic & in domibus pariete interpretato: vt. §. cōmunia præ. l. si quis duas. §. plane. Sed cōtra hunc. §. j. titu. j. l. Gaius. §. si. Sol. ubi. Itē facit infra tit. j. l. si quis seruū. §. j.

**S** *I alienum.* CASVS. Legauit tibi seruū alienum. postea dominus seruū prædicti eum manumisit antequam heres meus esset in mora dandi tibi dictum seruū vel æstimationem. Certè ad nihil tenebitur heres meus. Viuianus.

**h** *Heres.* secus si suū, vel testatoris: vt. j. qui & à qui. l. heres seruū.

**i** *Nihil.* nisi culpa vel mora possit ei obici: vt. j. de verb. oblig. l. si seruū. §. ij. & l. is qui. & insti. e. §. si res legata. cum. §. seq.

pertinebit.

**Si à legatario legatur heredibus, heredes admittuntur pro hereditariis portionibus. hoc dicit. Vel sic: Si heredes grauantur inuicem præstare corpus hereditarium: quilibet capiet pro hereditaria portione alterius. Bart.**

Inde dicitur, si duo sint heredes, vnus ex vnciis, alter ex vndecim vnciis, & eis fundus legatus sit: vnciarium heredem vndecim partes in fundo habiturū, coheredem vnciam. Planè si alter ex legatariis heres extiterit heredi à quo legatum erat relictum, non ideo minus partem collegatario faciet. retinet enim pro parte legatum.

**In alternatiua si verba executiua referuntur ad legatarium, eius erit electio. Bartolus.**

Si ita Titio legetur, *Fundum Seianum vel usufructum eius sibi habeto*: duo esse legata: & arbitrio eius esse, an velit usufructum vindicare.

**Pars fundi dicitur fundus, si de mente testatoris appareat. Bart.**

Sed & si quis ita leget, *Titio fundum do lego, vt eum pro parte habeat*: mihi videtur posse dici, partem habiturum. videri enim fundi appellatione non totum fundum, sed partem appellasse. nā & pars fundus rectè appellatur.

**Interitu speciei sine culpa heres liberatur. Bartolus.**

xxxv. PAVLVS libro tertio ad sabinum.

**S** *I alienum hominem heres dare damnatus sit, & hic à domino manumissus sit: nihil ex*

**T** *itia textores.* CASVS. Quidam habebat multos seruos textores qui non erant vernæ, id est non erant nati ex ancillis textoris. & habebat vernas qui non erant textores, & multos alios qui erant vernæ simul & textores. & dixit taliter in testamento suo: Titia lego omnes textores meos, præter illos textores quos in hoc

testamento legauit alij.

**Plotia autē lego vernas meos omnes, præter illos vernas quos legauit alij in hoc testamento. queritur, quid erit de illis qui erant vernæ simul & textores? Et dicitur quod Titia & Plotia habebunt eos. & reddit rationem quare: quoniā nec quos & c. est alia ratio, hoc enim iuris & c. secus autē esset si ita dixisset: Textores omnes præter vernas lego Titie: & vernas omnes præter textores lego Plotiæ. nā illo casu illi qui sunt vernæ simul & textores, non videtur legati alicui eorum.**

xxxvi. POMPONIVS libro sexto ad sabinum.

**T** *itia textores meos omnes præterquam quos hoc testamento alij legauit, lego: Plotiæ vernas meos omnes, præterquam quos alij legauit, lego.* Cum essent quidam & vernæ, idē & textores: Labeo ait, quoniā nec quos Titia textores non legauerit, aliter apparere possit, quam si cognitū fuerit quos eorum Plotia legauerit: nec quos Plotia legauerit, possit: neutrius legato exceptos esse eos de quibus queritur, & ideo cōmunes ambobus esse. Hoc enim iuris est & si neutrius legati nomine quidquam esset exceptum. Quod si hoc modo esset legatū, *Textores omnes præter vernas: & rursum, Vernas omnes præter textores: qui & verna & textor esset, neutri fuisse legatum.*

**Inter &, & cum, non est differentia, quando ponuntur inter personas. Bartolus.**

Nihil distat vtrū ita legetur, *Titio & Mevio: an ita, Titio cum Mevio.* vtrubique enim coniunctim legatum videtur.

**Si quantitas debetur respectu speciei, perempta specie debitor liberatur.**

Si alteri Stichum heres dederit, quem duobus dare damnatus fuerat: & antequam interpellaretur ab altero, Stichus mor-

textores lego Titia, præter illos quos alij legauit hoc testamento. & omnes vernas lego Plotia, præter illos quos alij legauit hoc testamento. certè cum omnes sint textores, nihil videtur primo legatum quod in exceptione non videatur secundo datum: vnde perinde est ac si diceret: Titia & Plotia omnes seruos meos textores lego. secus quando primo omnes legat, & excipiendo nulli legat: quia nulli aliquid debetur. Nota ergo quod exceptio debet discerni ab eo à quo excipit, vt valeat.

**I** *Intelligi possit.* subaudi, aliter quæ si apparuerit quot vernarū Titia legauit, si nō habes in textu hoc quod subiicit, aliter quæ si cognitū & c.

**m** *Exceptum.* sed sic simpliciter dictū, Titia textores, Plotia vernas lego. sed quidam illud habent in textu. sed tunc est contra. j. de leg. iij. l. seruus vrbani. §. si. Sol. ubi. Item contra. j. de pec. leg. l. seruo manumisso. Sol. ubi. Itē contra. j. de leg. iij. l. legatis seruus. §. si vnus. sed dissimilis casus est. Item dic vernam natum esse ex ancillis nostris: vt insti. de leg. §. huic proxima. Item adhuc contra infra de leg. iij. vxorem. §. codicillis. Sol. ubi ideo, ne diuidatur agnatio.

**n** *Nihil distat.* sic supra commo. l. si vt certo. §. si me. & j. eod. l. si quis inquilinus. §. si ita. & j. de reb. dub. l. si is. §. j. & supra de usufru. accre. l. si quis Titio. Sed argu. contra. j. de fun. instru. l. si cui. & §. depo. l. j. quæ depositis. Sol. vt ibi.

testamento legauit alij. Plotia autē lego vernas meos omnes, præter illos vernas quos legauit alij in hoc testamento. queritur, quid erit de illis qui erant vernæ simul & textores? Et dicitur quod Titia & Plotia habebunt eos. & reddit rationem quare: quoniā nec quos & c. est alia ratio, hoc enim iuris & c. secus autē esset si ita dixisset: Textores omnes præter vernas lego Titie: & vernas omnes præter textores lego Plotiæ. nā illo casu illi qui sunt vernæ simul & textores, non videtur legati alicui eorum.

[Nihil.] Dixi supra eo. planè. secūdo respōso, quod illi qui sunt cōiuncti re & verbis, loco vnus habetur. nunc dicit quod coniunctione facit dictio, cum. [SIALTERI.] Legauit Stichum duobus in solidū: vnde tenetur heres vni legatario ad dandū Stichum, alteri æstimationem: vt supra eo. l. si pluribus. In vers. scilicet nisi ipse & c. fuit heres interpellatus ab vno de legatariis vt soluat ei Stichū. & postea apud legatariū deceffit Stichus antequam interpellaretur heres ab alio legatario pro æstimatione. certè non tenetur amodo heres: quia non est factum per eum vt Stichus moriatur. Viuianus.

**k** *Titia.* cum quis testator haberet plures seruos textores, quosdam emptitios, quosdam natos de ancillis, qui dicuntur vernæ, dixit sic in testamento: Omnes seruos

\* & in.

\* pars fundi.

In Flor. est lex si heres alienum.

a] Per hanc glos. cū suo tex. limitibus & restringes tex. in l. si quis arbitrato. j. de verb. oblig. de qua materia recurres ad l. si quis sed & si quis C. eod. de leg.

† Qui apud veteres vernæ dicti fuerunt, & vnde, Ale. ab Alex. Gen. die. li. j. cap. 22.

Verna quis dicitur.

Non tenetur.



**Non tenetur.** sic infra eod. l. filiusfam. §. si. & infra de acti. & oblig. l. is qui. & supra eod. l. si heres. & dic vtrique in solidum legatum: vt supra eod. l. si ex pluribus. §. penult.

**Legato.] CASVS.** Legavi tibi hominem in genere. certe tu legatarius qui habes electionem, nō potes capere meliorem seruū de hereditate mea, puta actorem, id est, castaldum. nec heres poterit dare deteriorem. vnde accipias mediocrem. secus si non legavi in genere: sed cum haberem plures fundos Titianos, legavi tibi fundum Titianum: nec apparet de quo. nam tunc tu heres habes electionem: sed si appareat, ille dabitur. & quod dixi in fundo, idem est in lance legata. Viuianus.

tuus est: heres non tenetur: quia nihil per eum factum intellegitur.

**In legato generis electio est legatarij vt mediocrem eligat. sed si testator sensit de certo, electio est heredis. Bartolus.**

XXXVII. VLP IANVS libro  
vicesimoprmo ad sabinum.

**Legato generaliter relicto, veluti hominis, Gaius Cassius scribit id esse obseruandum, ne optimus vel pessimus accipiatur.** que sententia rescripto Imperatoris nostri & diui Seueri iuuatur: qui rescripserunt, homine legato actorem non posse eligi. Si de certo fūdo sensit testator, nec appareat de quo cogitauit: electio heredis erit, quem velit dare. aut si appareat, ipse fundus vindicabitur. Sed & si lancem legauerit, nec appareat quam: eque electio est heredis quam velit dare.

**Actio pro legato diuiditur inter heredes: & ideo potest vnus**

**Nam promissio in genere, mediocritatem significat. & concor. c. literas. cum glos. super verb. in clericum. extra de filiis presbyterorum.**

**Rei legatæ cuius est electio.**

R. Itē ad hoc quod mediocris eligatur, est. C. de dona. l. si quis arg. §. ij. & C. com. de le. l. si. §. j. & j. eo. l. si heres generaliter. Sed quis habet electionem rei relicte in genere, quando non minima est danda? Respon. aut est genus generalissimum: vt lego rem vel substantiam. & non valet. Aut subalternum, vt animal: & tunc idem: quia dando muscam liberaretur. vnde est derisorium his duobus casibus, vt de fundo iam dicam. Aut in genere inferiori: & tunc aut res eius generis habet certos fines à natura designatos: vt bos, equus, homo. aut habet fines sola destinatione hominis, vt fundus: vt. s. e. l. quod in rerum §. fin. aut factio hominis, vt domus. nam per factū hominis de vna fiunt duæ, vel de duabus vna: reiecto vel appposito pariete: vt. s. cōmunia præd. l. si quis duas. §. j. in princ. Circa electionem triplex est opinio. nam R. dat heredi electionem ab initio: sed si differat, transit electio in legatarium: vt & aliàs. s. de serui. l. si cui. & j. de solu. l. j. & ita soluit nodum multarum legum, quarum aliæ dantur heredi, aliæ legatario. sed H. e contra semper legatario. Tu secundum Io. distingue: aut testator relinquit seruos vel boues in suo patrimonio, & tunc eligit legatarius: vt hic, & institu. de lega. §. si generaliter. & j. eod. l. si seruus legatus. §. cum homo. & j. de opt. leg. l. ij. & s. famil. circunc. l. heredes. §. si incerto. Aut non, & tunc heres eligit: vt. j. de tri. le. l. iij. in princ. & l. iij. vbi autem testator de certis seruis reliquit incertum: aut sensit de certo, & hoc apparet per aliqua indicia: & tunc heres eligit: vt. s. eod. l. si quis à filio. §. si quis. & arg. infra proxi. §. & arg. infra eo. l. si domus. j. respon. aut non sensit de certo: & tunc legatarij est electio: vt supra eod. l. qui duos. In secundo dic scilicet in fundo quod non valet: vt. s. de iure do. l. cum post. §. gener. & est ratio, quia dādo palmum terræ heres liberatur, cum sola destinatione constituatur fundus: vt. d. l. quod in rerum. §. fin. In tertio, scilicet domo, dic vt infra eo. l. si domus. in princip.

**Accipiatur.** per legatarium. est ergo eius electio: licet R. contra, vt statim dices.

**Testator.** quia dixit Titianum: cum tamen plures Titianos haberet fundos: vt infra eo. l. si domus.

**Quo cogitauit.** vnde secundum communem regulam inutile debet fieri legatum: vt de tutore dato cum essent duo Titij, legitur. s. de testa. tute. l. duo. R. ex benignitate ergo detur electio heredi potius quam pereat omnino. Et no. quod R. inducit hoc pro se, vt relicti in genere heres habeat electionē. quod dic vt supra proxi. Sed quid si non habeat fundum aliquem, sed sensit de Titiano: cum vicini sui plures haberent Titianos: videtur legatarij electio: vt in serff. Infort.

tuis dixi supra proxi. vt illum teneatur heres emere & dare.

**Quam velit dare.] de aur. & ar. le. l. qui lancē. contra. Sol. ibi testator dixit minorē: vnde de media intelligitur: vt inst. de ca. demi. §. j.**

**Legatarius.] CASVS.** Legavi tibi fundum. tu vis habere medietatem, & aliam repudiare. certe non potes. si autem decedas relictis duobus pone heredibus, vnus bene potest acquirere suam partem, & alter repudiare.

**acquirere, alius repudiare, licet disiunctus non possit. Bartolus.**

XXXVIII. POMPONIVS libro  
sexto ad sabinum.

**Legatarius pro parte acquirere, pro parte repudiare legatum non potest: heredes eius possunt, vt alter eorum partem suam adquirat, alter repudiet.**

**Non dicitur legatum ex quo est repudiatum. Bartolus.**

Si legatum nobis relicto constituerimus nolle ad nos pertinere, pro eo erit, quasi nec legatum quidem sit: & ideo dicimus nec confusas seruitutes, si fortē prædium mihi legatum prædio meo debuerit seruitutes. Et integra furti actio manebit, si seruus legatus sit ei cuius nomine furti agere poterit legatarius.

**Seruum existentem in fuga, vel in longinquo tempore testamenti, heres debet suis sumptibus persequi, & legatario dare. Bartolus.**

XXXIX. VLP IANVS libro  
vicesimoprmo ad sabinum.

Item cōtra infra de verb. oblig. l. ij. §. j. Sol. ibi stipulatio non recipit diuisionem: hic autem res legata sic. & facit. s. de vsufruct. l. si alij.

**Nec legatum.** vt & j. eod. l. seruum filij §. j. & l. si tibi homo. §. cum seruus. & s. ad leg. Aquil. l. nam sic. & ar. supra de iure iur. l. non erit. §. si neque. & C. de cura. fur. l. si. §. pe. Accursius.

**Nec confusas.** quod esset si idem prædij vtriusque dominus esse cœpit: vt supra quemadmo. ser. amit. l. j.

**Legatarius.** quæ extingueretur si dominus esset factus: vt infra de furt. l. à Titio. & facit infra de manu. l. ij.

**vm seruus.] CASVS.** Legasti mihi Stichum seruum tuum post mortem tuā. ille Stichus aufugit cum culpa heredis tui. Certe dicitur hic quod non solum operam in eum requirendo, sed etiam sumptum heres præstare debet. Sed & si legasti mihi fundū rusticū, & heres tuus fuit in mora præstandi, teneatur ad fructus etiam. & idem est si legasti mihi seruos, & heres tuus fuit in mora. nam teneatur ad operas. & idem est si legasti mihi iumēta, vel boues, vel nauulum, vel pecuniā. & non solum fructus teneatur heres præstare post moram: sed etiam interitum rei legatæ: sicut euenit in stipulatione. Item teneatur ad partus ancillarum legatarum. Item teneatur præstare si hereditatē vel legatū acquisiuit seruus legatus. [SI TITIVS AME.] Vendidi equum Titio: & ipse Titius eundem legauit mihi in suo testamento antequam traderem ei ex causa venditionis, & antequam solueret mihi pretium. postea ego tradidi ei equum prædictum ex causa venditionis, & ipse soluit mihi pretium. & sic apparet quod tempore legati ego venditor habebam dominiū rei legatæ: & sic non videtur valuisse legatum: cum res mea mihi legari non possit. & tamen dicit quod actione ex testamento vindicare potero ego venditor dictum equum ab herede emptoris. si autem post legatum relicto mihi veditori ab emptore ego tradidi ei re, ipse autem non tradidit adhuc mihi pretium: tunc actione ex vendito petam pretium, & actione ex testamento equum. Sed e contra si ego non tradideram ei equum, sed ipse mihi pretium: sic potero agere ex testamento contra heredē, vt me liberet ab actione ex empto. dictum est ergo quando emptor venditoris legat rem quā ab eo emit. Sed quid si legat alicui alij tempore quo nō erat adhuc ei tradita? Certe heres teneatur præstare legatario actionem ex empto quam habet contra venditorem. [SI QVIS ALI C V I.] Legavi tibi ius cædendi lapidē in fundo meo in quo erant forte lapidicinæ. Certe non trāsmittis ad heredem tuū nisi ego fecissem mētionem de herede. [HERES.] Tributa debebat fundus meus Titianus

licetis duobus pone heredibus, vnus bene potest acquirere suam partem, & alter repudiare.

[SI LEGATVM.] Legasti mihi fundum tuū qui fundo meo debebat seruitutem. certe si accipiam legatum, extinguitur seruitus: quia meus fundus meo fundo seruire non potest. Si autem repudiai legatum, non extinguitur seruitus: quia perinde est ac si mihi nō fuisset legatus, ex quo repudio. & idem est si leges mihi seruum tuum qui mihi fecerit furtū: vt si accipiam legatum, extinguatur actio furti. si autem repudiam, nō extinguitur. Viuianus.

**Non potest.** vt. j. titu. j. l. iij. v. & vj. & l. si cui res. Accursius.

**Heredes possunt.** infra de condit. & demon. l. cui fundus. in fi. contra. Solu. illud intelligitur nisi det totum heredi quod debet ei dari. sed illo dato poterit partē habere vnus heredum.



fisco, vel alia de quibus dicitur in litera. eum fundum tibi legavi, & à te legatario nouo possessore exacta sunt prædicta. certe heres meus tenetur tibi ad id reficiendum. & secundum hoc expone literam. [SCIO EX FACTO.] Titius habens duos fundos Cornelianos, quorum vnus erat maioris pretij quam alter, legauit mihi fundum Cornelianum:

& non apparet de quo: nec apparere potest per probationes legatarij. minor certe intelligitur legatus. [CONSTAT.] Rem Titij legavi Sempronio. certe valet legatum, quamuis difficile sit heredi meo emere eam, puta quia Titius eam non vult vendere, vel nimis magnum pretium petit. Sed quid si legavi rem quæ publicis vsibus seruit, vel quæ in patrimonio imperatoris est? Certe non valet legatum, adeo vt æstimatione non debeat præstari. Viuianus.

**a** In fuga esset. tempore testamēti. Vel dic secundo post mortē culpa heredis. Accursius.

**b** Exigatur. scilicet per legatarium ab herede. Distigue ergo quatuor tempora: scilicet tempus testamenti: & tunc suo sumptu heres recuperat: vt hic. Si autem dubitetur sit in rerum natura, vel non, tūc cauet: vt infra eo. l. seruo legato. §. fina. Item post testamētum ante mortem: & tūc heres persequitur sumptu & periculo legatarij. & est ratio: quia debet dari vbi erat tempore testamēti: vt infra eodem. l. si seruus legatus. j. respō. Si autem post mortē, & aditā hereditatem: & tunc aut culpa heredis: & tunc tenetur ad æstimationem. aut nō: & tunc cauebit de restituēdo si ad eum peruenierit. Sed si alienus sit, vel heredis, similiter distinguitur, sit in culpa fugæ, vel non: vt. j. eo. l. cum res. §. itaque si Stichus. & §. sequi. infra titu. j. l. si quis seruum. hoc etiam casu cū fuerit in culpa, posset hic loqui. Si autē ante aditam, videtur idem: cum etiam in alieno potest culpa cōmitti post aditam hereditatem: vt infra eod. l. cum res. §. sed si alienus. & argu. infra de reg. iur. l. omnis hereditas.

**c** Apud Iulianum. continuatur præcedenti. l. d. **d** Deducuntur. ratione fugæ. & dic deducuntur, i. detrahuntur. quod posset esse verum secundum primam positionem casus superioris legis: sed non bene accederent sequentia: & ideo dicas fugisse post mortem, & culpa heredis. & deducuntur, id est, inducuntur in petitione. & concordant ad sequētia infra titu. j. l. is qui. & l. patronus. **e** In vsurarum. facit supra de admi. tuto. l. tutor qui repertorium. §. ex cæteris. & supra de vsur. l. iij. §. fina. & l. Herennius. ij.

**C** Vm seruus legatus in fuga esset, **a** vel longinquo absens exigatur: **b** operam præstare heres debet vt eam rem requirat, & præstet. & ita Iulianus scribit. Nā & sumptum an in hanc rem facere heres deberet, Africanus libro vicesimo epistularum \* apud Iulianum **c** quærit: putatque sumptum præstandum. quod & ego arbitror sequendum.

**Heres post moram tenetur de fructibus perceptis, & qui percipi potuerunt, & de interitu, & omni casu. Bartolus.**

Fructus autem hi deducuntur **d** in petitionē, non quos heres percepit, sed quos legatarius percipere potuit: & id in operis seruorum, vel vecturis iumentorum, vel naulis nauium dicendum. Quod in fructibus dicitur, hoc & in pensionibus vrbanoꝝ ædificiorū intellegendum erit. In vsurarum **e** autem quantitate mos regionis erit sequendus. Iudex igitur vsurarum modum æstimabit, & statuet. Ipsius quoque rei interitū **f** post moram debet: sicut in stipulatione, si post moram res interierit, æstimatione eius præstatur: item partus ancillarū: & si seruus fuerit legatus, & hereditas, **g** vel legatum, vel quid per eū aduersum sit, heres præstare debet.

**Res mea testatori debita potest mihi legari: & in quo consistat legatum, declarabit euentus. idem in re aliena testatori debita. Bart.**

Si Titius à me rem emisset, & eandem mihi legasset antequam ei traderem: mox ei tradidero, & pretium recepero: videtur quidē is prima facie rem mihi meam legasse, & ideo legatum non consistere: **h** sed ex empto actione liberatus, **i** vtique per legatum rē vindicare potero quam tradidi. Sed si nondum erat solutum mihi pretiū: Iulianus scribit, ex vendito quidem me acturum vt pretium exequar: \* ex testamento

**f** Interitum. vt & infra eod. l. cum res in fine. & l. si seruus legatus. §. si seruus.

**g** Hereditas. infra eod. l. si tibi homo. §. cum seruus in fi.

**h** Non consistere. quia quod meum est, amplius meum fieri nō potest: vt insti. eod. §. sed si rem legatam. & C. eo. l. proprias. sed tamen

verò, vt rem quam vendidi & tradidi, recipiam. Item subiungit, si pretium quidem mihi erat solutum, rem autem nōdum tradideram: ex testamento me agentem, liberationem consequi. Idē Iulianus scribit, si fundum testator quem ab alio emerat, mihi legauit: heredem cogendum mihi actionem ex empto **k** præstare: scilicet si nondum res tradita fuerat vel defuncto vel heredi.

**Si verba legati referuntur ad factum, in dubio concessio intelligitur personalis. Bartolus.**

Si quis alicui legauerit licere lapidem cadere: **l** quæsitum est, an etiam ad heredem hoc legatum transeat. Et Marcellus negat ad heredem transmitti, nisi nomen heredis adiectum legato fuerit.

**Onus tributi & vectigalis spectat ad heredē pro tempore præterito. Bartolus.**

Heres cogitur legati prædij soluere vectigal præteritum, **m** vel tributum, vel solariū, **n** vel cloacarium, vel pro aquæ forma. \*

**In dubio debetur quod minus est. Bartolus.**

Scio ex facto tractatū, cum quidam duos fundos eiusdem nominis habens legasset fundū Cornelianum, & esset alter pretij maioris, alter minoris, & heres diceret minorem legatū, legatarius maiore: vulgo ferebatur **o** \* vtique minorem **p** eum legasse, si maiore nō potuerit docere legatarius.

**Res quæ non est in communi commercio, vel est in magna difficultate, non potest legari: secus si est in cōmuni commercio, sed non legatarij absque eius delicto: quia tunc æstimatione debetur. hoc dicit cum. l. sequenti. Bartolus.**

Constat etiam res alienas legari posse: **q** vtique si parari possint: etiam si difficilis **r** earum paratio sit. Si verò Salustianos hortos, qui sunt Augusti, vel fundum Albanum, qui principalibus **r**

heres dare maiorem, vtique poterit: vt. j. de verb. oblig. l. qui ex pluribus. nā is minor intelligitur: vt insti. de act. §. præterea. & j. de cōdi. & demon. l. sub diuersis. & l. leuissimam. & sic intellige. j. tit. j. l. si ita relictum. §. fi. & not. minimum videri legatū. quod plene not. §. eo. l. legato. Sed arg. contra. j. tit. j. l. Gaius. Item contra. j. de aur. & arg. leg. l. qui lancem. Solu. minor ibi media dicitur: vt insti. de ca. de. §. j. Item argu. contra supra de testa. tute. l. duo.

**q** Difficilis. sed non multū difficilis: alioquin contra: vt in fi. huius l. & j. de statulib. l. cum heres. §. non est. & j. tit. ij. l. non dubium. §. fi. **r** Principalibus. vt ibi solatietur, vel faciat hastiludium.

hic valet: quia potius quod ei debetur, videtur mihi legare, quam quod sit meū: vnde saltem consequor liberationem. & facit ad hoc infra de libe. leg. l. si ei cui. & §. de vlufruct. l. quoties. §. si colono. & §. loca. l. si in lege. §. fina. & infra eodem. l. si tibi homo. §. valet.

**i** Liberatus. per traditionem quam feci.

**k** Ex empto. quasi videatur legasse ius quod habebat: vt & §. proxi. §.

**l** Cadere. hæc posset esse seruitus prædialis, si ad vtilitatem prædij qd haberet legatarius, ei legaretur: vt. §. de serui. rusti. prædio. l. ergo. & l. veluti. & transfret ad heredem. hic ergo non habebat prædiū ad cuius vtilitatem cōstitueretur illa seruitus: vnde ius est personale: nō dico seruitus personalis: vt not. in eod. tit. l. pecoris. sic & alibi infra de vlufruct. leg. l. j. & de ser. leg. l. pater. & in d. l. pecoris.

**m** Præteritum. imò legatarius possessor: vt. j. de pub. & vecti. l. imperatores. & C. sine censu vel re. l. fi. quæ sunt cōtra. Sol. dic cogitur legatario: vt. j. de censu. l. cum possessor. §. fi. & facit. j. titu. ij. l. qui concubinā. §. qui hortos. Accursius. **ADDITIO.** Querit hic Bartolus quæ est **n** ratio quod heres tenetur? Et respōd. quia res est obligata: ergo heres tenetur eam luere: vt. l. si res. j. eod. §. secundum Iaco. de Aret. & Bar.

**o** Ferebatur. i. dicebatur à sapientibus. **p** Minorem. sed si vellet heres dare maiorem, vtique poterit: vt. j. de verb. oblig. l. qui ex pluribus. nā is minor intelligitur: vt insti. de act. §. præterea. & j. de cōdi. & demon. l. sub diuersis. & l. leuissimam. & sic intellige. j. tit. j. l. si ita relictum. §. fi. & not. minimum videri legatū. quod plene not. §. eo. l. legato. Sed arg. contra. j. tit. j. l. Gaius. Item contra. j. de aur. & arg. leg. l. qui lancem. Solu. minor ibi media dicitur: vt insti. de ca. de. §. j. Item argu. contra supra de testa. tute. l. duo.

**q** Difficilis. sed non multū difficilis: alioquin contra: vt in fi. huius l. & j. de statulib. l. cum heres. §. non est. & j. tit. ij. l. non dubium. §. fi. **r** Principalibus. vt ibi solatietur, vel faciat hastiludium.

† In vulga. est lex Idem Iulianus.

\* i. ductu.

\* f. abitur.

Flo.

† Istum. §. li.

mitabis per

text. in. l. cū

alienam. C.

de lega. &

per text. in

ca. filius. &

ibi Innocē.

& Hostiē.

extra de te

sta. vt non

procedat in

re ecclesiæ

maximè Ro

mana: quia

illo casu

nec res nec

eius æstima

tio debetur:

& vtrū hoc

sit verum in

re omnium

ecclesiarū,

doc. ibi am

bigunt: per

quo per Bar.

hic.

† Rectè ex.

l. 7. §. pen.

§. de vlufr.

bi ita quo

que est leg

gendum.

\* In vulg. est lex, Apud Iulianum.

Seruus fugi- riuus legat' cuius sum- ptibus qua- ri debet.

\* consequar



**2 Martium.** ad vsum publicum &c.

**b Nec aestimatio.** s. de contrahen. em. l. pacta. §. si. contra, vbi dicit posse vendi. Sed dic inter ignorantes, vt venditor teneatur: vt in eo. tit. l. & liberi. Vel solue vt ibi. & facit. s. de offi. procur. Casal. j. §. j. & de transac. l. nulli. & facit instit. eo. §. non solum. Accur.

**S Ed si res.] CASVS.**

Legauit tibi rem cuius comercium non habeo: sicq; si possidere ea non potes, puta per vitium personae tuae, vt quia tibi contracto legauit militiam cursoris, & bene sciebat te esse contractum: tamen habebis aestimationem, quauis legatum habere non possis. Viuianus.

**c Non habet.** hoc est, ad legatarium non pertinet, siue habere non potest: vt quia est murus, & legata est ei militia cantoris: vel debilis, & militia cursoris: vel seruus,

vibus deseruit, legauerit quis: furiosus est talia legata testamento adscribere. Item campum Martium, aut forum Romanum, vel aedem sacram legari non posse constat. Sed & ea praedia Caesaris, quae in formam patrimonij redacta sub procuratore patrimonij sunt, si legentur: nec aestimatio eorum debet praestari: quoniam commercium eorum nisi iussu principis non sit, cum distrahi non soleant.

**x l. IDEM libro secundo Fideicommissorum.**

**S**ed si res aliena cuius comercium legatarius non habet, ei cui ius possidendi non est, per fideicommissum relinquatur: putato aestimationem deberi.

**Omnia possunt legari quae non sunt prohibita. Item prohibita sunt quae aedibus sunt iniuncta.** Bartolus.

**x l. IDEM libro vicensimo primo ad sabinum.**

**C**aetera igitur praeter haec videamus. Et quidem corpora legari omnia & iura & seruitutes possunt. Sed ea quae aedibus iniuncta sunt, legari non possunt: quia haec legari non posse senatus censuit Auiola & Pansa consulis.

**Legatum purum ab initio inualidum, non confirmatur impedimento cessante: secus in legato condicionali.** Bartolus.

**Si quis seruo.** & infra eod. l. filiusfam. §. si quid alicui.

**d** ei cui. quidam dicunt, id est ei cuius non sit illa res: caeterum sua res frustra ei legatur. Vel dic ei cui &c. l. ex praedicta causa.

**C**aetera.] CASVS. Postquam ergo vidimus de rebus legatis quarum non est comercium in communi, sed legatario soli: videamus de aliis rebus quae sunt in comercio omnium. Et certe non solum corpora legari possunt, sed etiam nomina & seruitutes. marmora autem vel columnae aedibus iniunctae vel iniunctae legari non possunt: & non conualescit legatum licet deserunt esse iniunctae. nam & si leges mihi rem meam, sicq; non valet legatum, non conualescit, licet deserit esse mea. si vero res mea mihi legetur sub conditione: si inueniatur non mea tempore conditionis, bene valet legatum. nam & emere & stipulari rem meam sub conditione possum. regula ergo Catoniana non impedit legata condicionalia: pura autem sic. & hoc vsq; ad §. Item quaeri. [ITEM QVAERI.] Ego habebam domum Titianam & Seianam: legauit Sepronio Titianam, & marmora Seianae. certe non valet legatum marmorum: quia legatarius praedictus non est possessor futurus vtrarumque aedium: imò remanet Seiana penes heredem testatoris. si autem esset possessor vtrarumque, bene valeret legatum. [SI DVOBVS.] Titio albo & Titio nigro legauit domum Sepronianam. Item eidem Titio nigro legauit fundum Seianum: & ad eius Seianae domus extructionem legauit marmora ex dicta modo Seproniana. nunquid valet legatum marmorum? Et certe non, nisi quantum ad aestimationem. Et idem dico tibi in isto alio casu. legauit tibi domum deductis marmoribus. non habebit heres meus marmora, sed aestimationem. [SED ET SI QVIS ADOPVS.] Legauit reipub. columnas do-

mus meae ad faciendum palatium nouum. certe bene valet legatum. & idem si promisi. Sed nunquid possum legare dictas columnas reipub. Mutinensium, cum domus illa ex qua lego columnas, sit Bononiae? Et certe non. ad domum autem meam Mutinae constitutam bene possum portare columnas de domo mea Bononiensi.

**T**ractari tamen poterit, siquando marmora vel columnae fuerint separatae ab aedibus, an legatum conualescat. Et si quidem ab initio non constitit legatum, ex post facto non conualescet: quemadmodum nec res mea legata mihi, si post testamentum factum fuerit alienata: quia vires ab initio legatum non habuit. Sed si sub conditione legetur, poterit legatum valere, si existentis conditionis tempore mea non sit, vel aedibus iniuncta non sit: secundum eos qui & emi rem meam sub conditione, & promitti mihi stipulanti & legari aiunt. Purum igitur legatum Catoniana regula impedit: condicionalia non: quia ad condicionalia Catoniana non pertinet.

**Ex vnius aedibus possunt res affixae in aliam transferri, si idem est dominus vtrarumque in solidum. Secus si vnius tantum, vel pro parte h. d. cum. §. si duobus.** Bartolus.

**I**tem quaeri potest, si quis binas aedes habens, alteras legauerit, & ex alteris aliquid iniunctum ei cui aedes legauit: an legatum valebit. Mouet quaestionem, quod ex senatusconsulto & constitutionibus licet nobis ab aedibus nostris in alias aedes transferre, possessoribus earum futuris, id est non distracturis: & ita Imperator noster & Diuus Seuerus rescripserunt. Nunquid ergo

supra de contrahen. emp. l. senatus. Accursius.

**i Alienata.** imò videtur valere: vt. j. de reg. Cato. l. j. in fi. Sol. ibi in vita alienauit, hic post mortem. sed non placet haec solutio: vt instit. eo. §. si res. & facit. C. eo. l. proprias.

**k stipulanti.** vt infra de verb. oblig. l. si rem. & l. si duo. & l. nemo. & de contrahen. emp. l. ex initio.

**l Purum.** cuius dies cedit a morte testatoris, non autem illa quorum dies cedit ab adita hereditate: vt. j. de reg. Cato. l. iij. Quae autem cedant ab adita hereditate, habes. C. de cad. tol. §. in nouissimo. hoc autem fallit in casu: vt. j. de opt. leg. l. si optio. vbi legatum seruo legato cedit ab adita hereditate, & tamen vitiatur per regulam si est heres necessarius.

**m Ad condicionalia.** quorum conditio etiam si incontinenti moreretur testator, suspenderetur. alioquin quid dicemus si Titio rem suam lego sub hac conditione, si sua non erit cum moriar? Certe per regulam Catonianam vitiatur secundum R. vt. j. titu. j. l. heredem. & facit. s. de condit. instit. l. mulier. §. penul. & de condi. & demon. l. Mauius. **ADDITIO.** Quaeri hic Bar. quae sit ratio quae regula Catoniana habet locum in legatis condicionalibus? Respo. secundum eundem, quia ex eo quod testator apponit conditionem, apparet quod non vult quod inspiciatur tempus testamenti, sed aliud tempus futurum.

**n Ex alteris.** scilicet retentis. & repete, legauerit ei cui &c.

**o Licet.** vt. C. eo. l. i. j. & de aedif. priua. l. si quis post hanc.

**p Futuris.** vtrarumque aedium. vel. i. ille de quo cogitavit senatus. si verus dominus. & est haec ratio, quia in traditione potest constitui seruitus: vt. s. de ser. vr. praed. l. binarum. & facit. j. tit. ij. l. fideicommissa. §. si quis illi. & j. de dam. infect. l. fi.

Item scias quod senatus consultum factum Auiola & Pansa consulibus, de quodictum est supra ea. l. §. j. habet locum in omni ciuitate: & non solum ad marmora & columnas extenditur, sed etiam ad multa alia: scilicet vt non possint detrahi de domo per testatorem: de quibus videas per te vsque ad §. sed si parauerit quaedam &c. vbi dicit pone: Testator parauerat quaedam de vna sua domo causa transferendi in aliam. certe bene potest legare dicta parata. Si autem legauit aliquid aedibus non iniunctum, & postea aedibus iunxit, extinctum erit legatum. non autem extinguitur si heres iungat, etiam si ignorauit heres legata esse per testatorem ea quae ipse heres aedibus iunxit: quia ista iniuncta domui per heredem, cum prius legata a testatore fuissent, non erant iniuncta aedibus tempore mortis testatoris. Viuianus.

**c Caetera.** a de quibus dubitatur an possint legari.

**f Iura.** id est actiones.

**g Non possunt.** vt ea debeantur: sed debebitur aestimatio: vt infra ea. l. §. si duobus. Accursius.

**h Censuit.** hoc idem diuus Vespasianus: vt. C. de aedif. pri. l. ij. & facit

Repetitur i l. 4 j. de regula Cato-niana.

a) De hac dictione, caetera, quid extensue & quid abbreviata importet, vide bonam glo. in c. quoniam contra falsam. in prin. in ver. & c. & ibi Lasi. de Ori. in prin. nu. 13.

Hac negatione quidam tollenda putant, quae tamen & Flor. & in manu scri. reperitur. & dicit potest aliud esse comercium non habere, & ius possidendi non habere, arg. l. 114 §. 1. j. c.

\* Sparta. in Hadria. & l. 2. C. de aedif. priua.

Anno quinto Imperij Adriani. Sparta. in



**a** *Vtriusque*. alterius in solidum, & alterius pro parte: per quod videbatur valere: vt. s. proxi. §. Et not. dici dominum, qui est dominus partis. sic. s. eo. l. ferui. §. fin.

**b** *Non valere*. s. in re. & sic loquitur. s. ea. l. §. j. quæ videtur contra.

**c** *Non promercij*. in quæ casum vetatur: vt. s. de cōtra. ven. empt. l. fenatus. sed si negotiadi causa fit prohibitio, cur prohibentur legari: Respō. quia & illud quodāmodo ex negotiatiōe queritur legatario: vt. s. pro soc. l. nec adiecit. & l. & ita. & facit. j. de dam. infec. l. fin.

**d** *Constitutum*. vt. C. de ed. pri. l. si quis post hāc.

**e** *Hoc senatusconsultum*. adiūge cū præcedēti. §.

**f** *Vrbem*. s. Romam, per excellētiā: vt insti. de iur. natu. §. sed quoties.

**g** *Ob debitum publicum*. i. ob pecuniam quā debebant reipublicæ.

**h** *Hoc senatusconsultum*. de quo dicitur. s. e. l. §. j.

**i** *Ædibus*. aliās, porticus sine ædib⁹: & aliās, porticus in ædibus, scilicet applicatas.

**k** *Bibliothecis*. i. armariis: vt. j. tit. ij. l. librōrū. §. sed & si bibliothecā.

**l** *Cancelli*. id est, ostia quibus murus prætorij ante domum positi tecto nō coopertus clauditur, secundum H.

**m** *Vela*. quæ frigoris causa vel venti ponuntur: vt. j. de fun. instru. l. quæ situm. §. idem. Acc.

**n** *Castelli*. quid sit. legitur. j. de aqua cot. & æsti. l. j. §. hoc interdictū. & aliās ponitur hic in masculino genere castelli, alibi in neutro genere castella: vt sup. de act. empt. & vedi. l. fundi. §. castella.

**o** *Automataria*. aliās, ornatoria: puta tabulas pictas: vt infra de fun. instru. l. quæ situm. §. si domus.

**p** *Canthari*. qui vulgari-ter docia dicuntur.

**q** *sigilla*. a sigilla sunt quidā anuli de ferro quæ ponuntur ad murū. Acc.

**r** *In aliam domum*. sic. s. de acti. empt. & ven. l. granaria.

**s** *Extinctū*. sic. j. de aur. & argen. l. Seia. in fi. Sed ar. contra. j. tit. ij. l. fideicommissa. §. si rem. **AD**

**DITIO**. Dic quod hæc res iniuncta dicitur de- fuisse extare, quia per se non censetur: vt. l. qui

& legari possit ei cui aliam domum legem? Sed negandum erit: quia cui legatum est, non est possessor futurus. Si duobus domum legauerit Sempronianam, & ex ea alteri eorum marmora ad extructionem domus Seiane, quam ei legauerat, non malè agitur, an valeat, quia dominus est vtriusque legatarius: & quid si quis domum deductis marmoribus legauerit, quæ voluit heredem habere ad extruendam domum quam retinebat in hereditate. Sed melius dicitur, in vtroque detractionem non valere. **b** legatum tamen valebit, vt æstimatione eorum præstetur.

**Potest detrahi vel legari ex ædibus ad vtilitatem reipublicæ, in cuius territorio res est, non alterius. Bartolus.**

Sed si quis ad opus reipublicæ faciendum legauit, puto valere legatum. nam & Papinianus libro vndecimo responsorum refert, Imperatorem nostrum & diuum Seuerum constituisse, eos qui reipublicæ ad opus promiserint, posse detrahere ex ædibus suis vrbanis atque rusticis, & id ad opus vti: quia hi quoque non promercij causa id haberent. Sed videamus vtrum ei soli ciuitati legari possit, in cuius territorio est: an & de alia ciuitate in aliam transferre possit. Et puto nō esse permittendum: \* quanquam constitutum sit, vt de domo quam aliquis habet, ei permittatur in domum alterius ciuitatis transferre.

**Hoc senatusconsultum habet locum vbique: & pro debito publico non debet domus destrui. Bartolus.**

Hoc senatusconsultum non tantum vrbem, sed & ad alias ciuitates pertinet. Sed & diuorum fratrum est rescriptum ad libellum Procliani & Epitynchani, ob debitum publicum desiderantium vt sibi distrahere permitteretur, quod eis ius distrahendi denegauerunt.

**Prohibitio senatus extenditur ad omne ædificium, vt ei iniuncta non detrahantur. secus in aliis quæ non sunt affixa. Bartolus.**

Hoc senatusconsultum non tantum ad ædes, sed & ad balinea, vel aliud quod ædificium, vel porticus sine ædibus, vel tabernas, vel popinas extenditur. Itē hoc prohibetur legari quod non aliās præstari potest, quam

vt ædibus detrahatur, subducatur, id est, marmora, vel columnarum. Idem & in tegulis, & in tignis & ostiis Senatus censuit. sed & in bibliothecis parietibus inhærentibus. Sed si cancelli sint, vel vela, legari poterunt: non tamen fistulæ vel castelli. sed automataria, aut si qui canthari per quos aquæ saliuunt, poterunt legari, maximè si impositicij sint. Quid ergo in statuis dicendum? Si quidem inhærent parietibus, non licebit: si verò alias existant, dubitari potest: verum mēs senatus plenius accipienda est, vt si qua ibi fuerunt perpetua, quasi portio ædium, distrahi non possint. Proinde dicendum est, nec tabulas affixas, & parietibus adiunctas, vel singula sigilla adæquata legari posse.

**Licet res sit ædibus destinata, non prohibetur legari, & legatū extinguitur si postea per testatorem iniungitur: secus si per heredem. Bartolus.**

